

R. P.

Ha^m 179



8

F. 243.

PRINCIPIORUM
PHYSICORUM

GERHARDO CERLING, M.D.

IOHANNI HALLER, M.D.
CHRISTIANO WOLFF, PH.D.

IOSEPHO HERMANN, M.D.



An
FONS
PRINCIPIORUM
PHYSICORUM,

patentiùs apertus

à
GERHARDO GERLING, M.D.
Sufatens,

° °
VIRI S^o Juvenibus

Doctrinâ & Experientia Clariss.

JOANNI HAMM, Batavo.

CHRISTIANO ADOLPHO
LANGELOTT, Slesvvicensi,

IOSUÆ FUHRMANN, Lippstad,
Suis quondam

Τῆς Ἀκαδημίας συνμέλεσσι

Respective

OppONENTI: Paronympho: Patriotæ

M. Jeremias

Sacer.

Judessmann

Ecclesiastes No 1687

d. 15 Jun. Wittenberge



ZUSATI Anno M, DC. LXXX. Typis Antonii Utz,



P R Æ L I M I N A R I A,

11

D *Emum is novit HOMINEM, qui ejus actiones & consilia variis in casibus circumspectè observavit: qui etiam ab incunabulis inde meminit Educationem; imò Parentum conditio & honestas Opificum collegiis requiritur: Avorum candor, doctorumque simplex & infucata fides, recordata senibus coevis, & juvenibus posteris recommendata, negotium saepè juvant.*

II. *Ita de NATURÆ Phenomenis judicaturi, nascentis, olimque nati & producti hujus UNIVERSI initium, Productionis ordinem modumve novisse satagimus: & exinde Principia eruere, quibus nixi juxta certam sciendi methodum, variarum mutationum causas intelligere, conamur.*

III. *An verò IDEA nobis concreata sit ope cujus cogitando assequi valeamus modum in condendo Mundo adhibitum, quæque non possit errare, probè saltem exculta, valdè dubitamus: quandoquidem variè varias fovent cogitationes, quin unus idemq, contrarias interdum subit, vel duntaxat à prioribus diversas. Quamobrem hâc ratione FUNDAMENTA Physico-Medica ponere, iisque tantam Conscientiæ molem superstruere non audemus.*

IV. *Igitur tutiorem viam & certioremodum eligentes Geneleos historiã examinavimus antehac, & RES prout in Macrocosmo fiunt mutanturve VERBO magis quàm ulli alii hætenus prodita Hypothesi convenire animadvertimus: affectionum causas juxta primam manuductionem hodiènum concatenari putavimus, nobis quidem sufficienteratiocinandi modo.*

V. *Et proinde nunc, idem ex professo & prolixius facere pergemus I.º quidem sensum Scripturae Sacrae eliciendo (2.) juxtaque hunc idem & diversum in MATERIIS agnoscendo & limitando QUIETIS motusq, duplex & compositum Principium exposituri.*




SCRI-



Faint, mirrored text from the reverse side of the page, likely bleed-through from a table or list. The text is illegible due to fading and bleed-through.



**PRINCIPIA
PHYSICA
spectantur;
ubi
Natura Primordia**



LIBRARIUS

PARIT DEVS
SCRIPTVM DE NATURA
SACRVM

Distinguitur (1) ipse per Divina Opera

(2) per seipsum per seipsum

namque per seipsum

per seipsum

In seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.

De seipsum per seipsum adhibetur.







FAXIT DEVS!
 SCRIPTVM DE NATURA
 SACRVM,

*Distinguitur (1.) ipsis sex Dierum Operibus
 (2.) Versibus: (3.) Versuum quorundam
 membris quae quidem καὶ
 hoc ἰ signo*

In sequentibus Paragraphis adnotabuntur,

IN Principio creavit DEUS caelum & terram. Quibus verbis narranda potius proponuntur; quam quod rudes & confusae materiae iis exprimentur: fit enim hoc ψ.2. ex quo vix intelligere est quanti informitatis gradus, ad futuram caeli juxta ψ.8. appellati materiam in ibidem * pra- * v.2. sentibus extiterint. Quin & terra significatio ψ.2. alia est, & huic versui primo propter imperfectionem aduersa vel saltem multo diuersa.

§. 2. Per aduersativam enim nominatur versu secundo *conjuncta* versui primo: *Terra AUTEM erat &c.* hac quippe primum nunc memoranda. Cum terrae ψ. nono *descripta* magis identifice conformis fuerit; quam quicquam, ex nunc una entibus, ipsi caelo.

3. Attamen terra *tunc* adhuc erat *inanis & vacua* (vasta). Erat talis non per superficiem; sed per substantiam.

4. Vacuus non intelligeretur urcens (bursave) nisi cui usui destinatus esset, ipso rerum usu constaret, sc. cerevisiae vel vino (nummis,) continendis: igitur urceus existit; sed quod inesse debebat nondum inest.

5. *Vasta* aliis exstat versionibus, quasi ipsarum aquarum commixtione, limi instar, in *latius diffusior* extiterit: ac postquam (dein ψ.9.) aqua inde expressa vel quocunque modo segregata.

A 2

6. Et

6. *Et tenebra erant super faciem abyssi, alia hæc materia unà cum terra existentiam suam nacta est, eo ipso quo perfectum fuit τὸ CREAVIT ψ. 1. quod ipsum quidem verbum huc & usque ad aquas extendendum est, & vis ejus ad hæc tria efficienda inq; Principio Temporis effecta causandi rationem habet.*

7. ¶ *Et Spiritus DEI ferebatur super aquas (incubabat aquis) vel in superficie aquarum. Quid! quod AQUÆ in altero versûs membro ponuntur: an forsan in aquis alterum Naturæ Principiû producet, idq; à Deo immediatius? Ante verò quàm Conjecturæ detur locus, attendendum (1.) quod hæc Spiritus latio super aquas nō accipienda sit eo connectionis sensu, quo tenebrarum & terræ existentia invicem connectuntur, ob ¶ in textu. (2.) quod aquas terram ambiisse innuitur: ut adeò earum superficies fuerit exterior & ab abyssu remotior (3.) hæc parte sui interiore non leguntur fuisse super terram, sicut nec terra dicitur esse vel fuisse in superficie tenebrarum, nec vice versa.*

8. Ergo, hæc tria invicem fuerunt commixta, hæc quidem ratione, ut tenebra intelligantur fuisse super faciem abyssi exporrectæ licet per terra substantiam usque aliquò in altitudinem aquæ. Et, si hujus extremum attigerunt: nullatenus tamen aquarum superficies convexa, tenebris obtecta fuit; siquidem Spiritus DEI incubabat aquis.

9. Spiritus DEI super aquas: tenebræ super abyssum; diverso quidem super-effendi modo. Ille enim efficaciam suæ super-lationis aquis imprimebat: Verbi quidem ferebatur sensu inter activum & passivum medio; sed, qui, emphasi aliàs per incubabat redditâ, exprimitur magis. Hæc verò simpliciter existisse leguntur super abyssum.

10. Hactenus nullibi, seu in nullâ existentium materiarum motus intelligi potest; nisi qui superficiei aquarum collatus est à supermotante Spiritu.

3. 11. Dixitque DEUS: ¶ FIAT LUX. & facta est lux.

An supra in Creatione terræ: tenebrarum: aquarum, pariter dixerit fiat seu existat? non habetur; sed existat brevi ante, ψ. 1. æquipollens. conf. paragr. 6.

4. 12. Et vidit DEUS lucem quod esset BONA.

Per tertium hoc de materiis prædicatum activum præ cæteris quasi recommendatur lucis MATERIA, & cogitare subit, an v. 9. Terra quicquid habet bonitatis & æstimmii ob auri abditum metallum &c. illi ipsi luci acceptum referat.

13. An

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. Some words are barely discernible, such as "DE" and "AD".



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and appears to be a formal document or letter.



§. 13. An verò nunc terra *desit esse vacua?* anq; luce factâ, tenebræ non ampliùs existunt? vel, anne eodem loco ubi lux fieri iussa, adhuc sunt tenebræ? R. *Desit.* Nequaquam: *Quin imò sunt adhuc;* & quidem ipso eo in loco quem occupavit lux, cum *hæc à tenebris præfertim DIVIDENDA* esset.

14. Coeterùm non legitur *hæc* super aquis aliquâ sui parte constituta fuisse: nec adeò profundè abyssum contigisse; sed putatur visceribus inanibus terræ, quoad bonam sui partem, indita, & *benè multa* supra terram aliquousque in altum aquarum constitisse unâ cum tenebris. Illico verò hîc.

15. §. Et *DIVISIT* lucem à tenebris, hæc quidem actio lucem factam immediatè excipit, ac si festinanter à tenebris eam dividere voluisset. Alios infra divisionis modos præcedebat Dei verbum omnipotens, & per hoc existens aliud dividens. conf. *ψ. 9. 11. 14. 18.*

16. *Appellavit* *QUE* lucem diem & tenebras noctem, *hoc* & bina proximè præcedentia *activa* à *secundo* §. 11. differunt; quod ibi solùm *DICTO* Deivis creativa propriè & strictè sic dicta insit *æquè ac primo* §. 6. *His verò tribus* non ita significantibus; sed quando tunc (ibi dem *ψ. 3.*) post alterum creationis instans seu momentum, rem verbo creatam intellectui suo conformem *vidit*: statim etiam absque prævio dicto, eandem ab alio ipsi contrario dividere voluit & actu *divisit*. Utrumque *nunc* membrum divisum peculiari nomine *insignivit*.

17. An verò impositio nominis vel ejusdem pro re natâ mutatio tanta est, ut hætenus recensitis annumerari mereatur? Imò tantum refert rebus mutatis, etiam alia indere nomina. Et hisce ansa præbetur faciendi simile in simili.

18. Ad *Rem* quod attinet, non putandum omnes *TENEBRAS* in omni per terram & aquas loco *noctis* nomine venire: sed eam saltem, eoque in loco, partem, quæ & ubi à luce distincta fertur. Et per Consequentiam §. 14. illatam propè *AD ABYSSUM CONSTITUTIS* pristinum suum, remanet nomen; idem etiam repetitum peculiariter, & tanquam à nocte diversum, infra *ψ. 18.*

19. Quid ergo: an novum Nomen imponere licebit, *hisce super terram existentibus* & à luce *divisis*; sicubi adhuc ulterius & ampliùs mutata fuerint ad diversam à nocte formam? utique licebit.

20. Quid iterum: num *Lux* juxta eundem jam allegatum §. 14. *terre indita*, non fuit divisa à tenebris neque inde divisibilis; quia non

appellata dies? respondetur quod non; vel minimùm non eâ distinctionis evidentia.

21. Sed quæsiō quid! quod huic divisioni, & factæ utriusque divisioni appellationi per copulam connectitur: *Factum QVE est UESPERE & MANE dies UNUS?* cur inversè & nõ potiùs mane & vesper? Volupe mihi hîc præter §.7. proditam conjecturam, nunc etiam reminisci quod *Astronomi* observant *Motum Solis* duplicem, unum nempe eidem cum cœlo communem & omnibus *astris* quasi violentum; & alterum hisce ex luce die quartâ conditis *proprium & connatum & hujus* hîc primordium in hoc ipso *temporis* principio strictissimè sic dicto & per notionem diei *numero* Primi, denotatum.

22. Verum enim verò itane licet Consequentias necere? & ibidem §.10. memoratur. Quis verò Spiritum Dei intelligit!

Fateor *hoc*: attamen motus ipsius cœli animadversus est per omnia retrò Secula huc usque constans, perpetuus & invariabilis. Quidni pro Causa ejusce Prima propter effectum tantum, omnipotens; illiusve ob durationem, æternum quid intelligere condecens?

Ad *illud*, constat abundè satis per *Experientiam Astronomicam* & quotidie seu quotannis obviam est considerantibus; quibus motus sui terminis luminaria definiant menses & annos: ut non opus fuerit eosdem hîc loco recensere. Initium verò hîc intelligitur dicto ordine.

23. Et videtur *Lucis MATERIÆ* tò moveri connatum esse & concreatam. Eaque procul dubio sese movisset quamprimum facta; nisi fuisset tenebris impedita: Ab his ergò divisa, sponte suapte moveri cœpit, motûsque *ejus* termini à quo & ad quem, ordine consignato & deinde ad dies singulos repetito, innuuntur.

Pro die secundâ.

1. HUIC vero *lucis*, & ILLO per *aquas* superficietenus oriundo, *partibusq;* inferioribus contribuendo, MOTIBUS PERFICIENDIS, *illarum* quidem *substantia* juxta partes vel plagas regionesve superficie magis vel minus inferiores, quibus diei noctisque rudimenta continebat, *attenuanda* erat: tenebræ *per eam* erectæ & unâ cum iis (sub noctis conceptu) motæ, alterandæ magis & item *loco summo-*
venda.

Hisque rationibus dividendæ præsertim aquæ. Superioribus in suâ formâ relictis; ut *gravitate prementes* Lucem in diversum unâ cum *Cælo* mox appellando *moverent.*

2. Quid!

Quid ...

...

Dux ...

...

...

...

...

...



2. Quid! cum cœlum jam contemplor, non potest non oboriri dubium, quò fides jam modo dictis derogetur & adeo alius verborum sensus meditandus veniat: an quæso Spacio in talem & tantam amplitudinem extenso, & ex levioribus attenuatis constanti, aquæ graves imponendæ fuerunt? Benè quidem interrogas, lector amice, primò an sit: & postea mecum cogitabis quomodo ita sit, vel, si illud non detur probatum, hoc quoque supersedebimus.

Repetenda verò nobis est eadem ante explicata sententia: *verbo quidem veritatem, aliàs vel aliter experiri impossibilem, aperiente.*

3. Dixit quoque DEUS *fiat firmamentum in MEDIO aquarum & dividat aquas ab aquis.* Quando videlicet utrique parti divisæ retinetur utrobique; *nomen aquæ*; secus ac fit quando eadem alterata fons seu vapor appellatur illic cap. 2. v. 6. secus item ac hîc paulo infra *ψ. II.* ubi *aquis inferius* relictis & iterum secundum rationem ibi allegatam *mutatis*, aliud ideo nomen, *maris* nempe, datum est. Quæ quidem mutatio, ferme solùm talis quoad locum & situm: *non* vero quoad formam *essentialem* facta, tanta etiam non est. Undè & *ψ. 20. 22.* pristinum aquæ nomen adhuc ipsis tribuitur.

Ecce verò cum ob accidentalem mutationem nomen statim mutatum fuerit: *Marinis* quidem, fluiditatem gravitatem &c. per omnia retinentibus; quanto magis, hisce formæ notionibus in ipsâ firmamento superiore aquâ mutatis, opinari convenit: iisdem etiam nomē aliud fuisse impositum, & hoc textu expressum *conf. § 16. 17.*

4. INTER igitur AQUAS *medium* fiat; non inter nubes & aquas: non inter glaciem & nivem: non inter vaporem sursum latum & liquidum ad latus defluens; sed inter aquas ET AQUAS.

5. Indeque hoc ipsum MEDIUM nullâ sui parte & respectu majorem merebitur admirationē; ac *tenuis quam aquas* fluxu suo DEORSUM LAPSURAS *sustinet* in adeò sublimi, à *pristino* loco, & sui essentialiter similis *continuo*, remotissimas.

6. Eaque propter, *ab eo exteriori* medii orbe UNIVERSUM hocce inter aquas medium, suum nanciscitur nomen, *tanquam à potiore.* Quando quidem tantum non importat medii USUS respectu aquarum inferiorum, quantum quidem exhibet mundo miraculum idem hocce medians servando (primo) superiores AQUAS remotissimè sejunctas: & ob id firmum eâ sui parte & solidum esse debebat, ne contiguis emolliretur aquis, iisve misceretur.

7. Aquæ

7. Aquæ ante medium inibi factum aliàs in se & suâ naturâ **M O - B I L E S** per suum corpus *lucem* immerfam progredi sinebant, præsertim superiores *antea*, æque nunc porro divisione hâc aptiores redduntur recipiendæ motûs determinationi, à Spiritu §. 7. 8. 9. Deque inceptis præditæ **EXCELLENTIORI MOTU** tot quidem numeris & gradibus perfectiore, quot mensuris *circuli* cujusdam per altissima ducti, concepti, *quantitas* superat quantitatem circuli terræ-globo propioris. Adeo & (secundo) **HUIC** motui **GRAVIUM VELOCISSIMO** sustinendo, fragile flexileque nequaquam; sed *firmissimum* requiritur hætenus medium.

8. **TALE** igitur medium, tale **FIRMAMENTUM** fiat in medio aquarum, sed quomodo: num uti antè *ψ. 3.* fiebat lux; vel sicut postmodum *ψ. 14. & seq.* fient luminaria? neutro modo, vel certè *magis posteriore.*

9. Illic enim versu sc. 3. non jubebatur apparere uti *ψ. 9.* nec facta fuisse concipi debet eum ad modum quo noctu in conclavi fit lux, tenebrarum per candelam illatam discussione; sed sic (ut materiis v. 2. dictis *nil quicquam* rudis hujusce materiæ, quæ apta exstiterit ad formâ *lucis* assumendam, subfuisse putetur) & igitur quando ibi facta fuit lux, eadem æque ex nihilo creata intelligatur, ac terra fuit, ac aquæ fuerunt ac fuerunt tenebræ.

Hanc tunc creatam *Lucis* materiam vidit Deus; ex hac constituendus erat ornatus *cæli*: hujus ergo, seu firmamenti, *materiam* jam tùm (priusquam Lux erat,) ipsi chao adfuisse cõstat, & τὸ **FIAT** *ψ. 6.* alium quàm *ψ. 3.* creationis modum importare.

10. Scilicet nunc **OPUS** per τὸ fiat dictum, **EFFECTUM** non statuendum est quoad sui Materiam etiam Primam & à formâ remotiorem, **NOVUM** esse; sed tale reputandum duntaxat quoad materiam propiorem sub & ex *quâ usum dividendi præstat* per formam præsentem.

11. *At ex quâ materiæ primo die creatarum, nunc die secundo factum fuit firmamentum?* Respondemus disjunctivè, vel una vel plures in id venêre constituendum.

Quamvis quidem Medium inter aquas etiam aquam **DISFORMATAM** unâ continere posset: attamen nunc de firmamento speciatim sumpto differentes, eximemus (1.) **AQUAM** quoniam **IPSÆ** (nota pluralem) distingui debebant **PER** firmamentum. Subque
Hoc

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



Hoc fontes, vapores, pluvia, nubes &c. inter se differentes: *divisa* sunt **6. & 7.**
 AB IIS, quæ erant supra *Idem*.

12. Adeoque *Medium* EA SUI PARTE QUA est firmamentum *non agnoscet* pro suis constitutivis partes aqueas, & ne quidem aëreas (supponendo aërem esse aquam dilatatam; vel juxta nos, *expansam*.)

13. Hinc (abinde) eximimus *Lucem*, quo nomine hac vice, uti aliàs semper, *expansam* solam denotant: hæc quippe quartâ die ponenda erat in firmamento ceu quopiam à se diverso.

14. Ergo *nec* denique (3.) *terra constituet* firmamentum siquidem *ea* ab hoc toto cælo distat. Et prout in Principio *nulla* terræ portio, Lucis locum transcendit; minùsque nunc, ex aquis inferioribus *extra-cta*, in laqueare hoc compacta fuisse putabitur.

15. Verùm quæ restant TENEBRÆ SUNT MATERIA FIRMAMENTI; *quoad partem* sui superiorem, tanquam à *Luce* divisam quidem, *non* tamen eadem *inferiorem*; sed æquè adhuc in altum prostantem: saltem particulis suis non adhærendo tenaciùs, *luci* suum motum concedentem.

16. Hæc *tunc* PARS, quia nimirum ab aquis aliquem patiebatur motum, in vicissitudinem cum die; *nox* appellata fuit.

17. Hæc pars, vel HUIUS PARTIS pars *nunc* iterum mutata trans-vel disformata in elegantius & penitùs diversum tum à Nocte tum præsertim à radicali parte in imis relicta. In fundo enim profundo quies: hinc, in *superficie Medii altissimâ*, celerrimus motus. Ibi atrû, horrendum stygium: hinc venustum luci pervium, pellucidum.

18. Hæc hinc in *expanso* sui, itidem respectu corporum aliorum in circumferentiam valdè longè & latè amplam expansa, & superficietenus solidata & firmata est: at contrà, quoad sui concavû, constat partibus cum cedentibus luci, per & inter eas ad orientem progredienti: tum & eundem lucis motum pro sui variâ soliditate & mollitie limitantibus.

19. Hæc tenebrarum pars activè quidem & particulariter quædam Cæli loca (polaria nempe) juxta pristinam sui indolem tenet. Cæterùm passivè superis obedientissima est ad motum.

20. Posthac itaque juxta *diem primum* &c. §. 17. & 19. novo etiam, ÆTHERIS nimirum NOMINE veniet *hac intantum* alterata, Dei quidem verbo & Facto,

21. Cūr verbo & facto? Attende A.L. lectioni: lux facta verbo fiat.. Fiant luminaria, & factum est ita (notetur ordo sermonis) & fecit Deus luminaria &c. Hīc verò fiat firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis (non statim sequitur & factum est; sed præmittitur) & fecit Deus firmamentum divisitque aquas quæ erant super firmamentum. Et (nunc demum) factum est ita.

22. Innuitur quasi *Atlantem* hunc non adeò promptum fuisse ad sustinendam hanc molem; ac supra Lux: quæ quidem injusta decurrere incipiebat viam suam v. 5. quæ & item die quarto obediendi promptitudinem exseruit.

23. Illa vero materia *delitescere* quasi *maluit*, quàm ità exponi Luci; ut adeo Deus ipse *manum* operi admoverit & *tunc nolens volens* (liceat sic loqui) ad jussu præstandum disposita fuerit.

24. Tò dividere *versu sexto* sufficienter & solitariè magis dicitur de firmamento; quam v. 7. ipso Deo agente ad ibi obtinendum præcipuum dividendi modum. Non hīc firmamentum dividit absolute in summo; sed Deus ipse divisit aquas (Nota distinctè satis significantes Præpositiones) quæ *sub* firmamento erant. De his quidem inter se sub-divisis v. 6. intelligi potest ità fuisse in executione, sicut in mandato sensus est; sed tamen & Deus jussu efficaci id naturalibus mutatis addidit, ut inter eas Medii inter aquei partes, aliqua sint quæ nubes in suspenso latas sustineant: earumque aquam, ab aliis, itidem sub firmamēto existentibus, terræ fluentis &c. divisam, ad tempus servant. At verò & quod nunc v. 7. potius attendendum: hasce sub firmamento quascunque & singulas divisit ipsemet Deus (iteratio in quibusdam verbis mutata nō caret emphasi) ab his, QUÆ ERANT (juxta §. 8. 14. die primo) SUPER firmamentum.

25. Super eam Medii magni inter-aquei *partem*, quæ ex §. 4. 5. 6. & 7. intellecta fuit, *queque* postmodum, die quarto, stellas, in sui inferiori ad terram facie (concavo) positas habebit. Super Hōcce firmamento erant, & debebant quousque durabit mundus manere, Aquæ: Hasce Deus divisit ab iis, puta aëre, nubibus, marinis, fontanis &c. quæ sub firmamento erant.

26. Et sicuti propter usum *unius* Medii *partis* insigniorem, universo Medio Deus dabat *nomen*, eaque pars duntaxat nominatur; reliquæ inferiores Medii partes facile experiuntur & subintelliguntur. Ita nunc *divisio* cātenus quā ratione maximæ considerationis (admirationis

tionis) est, *accepta fertur ipsi Deo*; prout nimirum immediatius concurrat *ad hunc divisionis modum* efficiendum, tanquam per omne ævum duraturum *immutabilem*. Quis amplius dubitabit de veritate verbi juxta literam, simplici.

27. Approbant hanc §. 25. 26. modò datam paraphrasin, plures creationis & exornationis conscriptæ phrasæ, *ψ. 14. 15.* jubetur & factum est: *ast hîc* (quandoquidem perpetuû & incorruptibile esse debebat exornationis opus) repetitur *v. 16.* quod Deus fecerit idem quod jufferat; *secus quidem ac v. 11. & 12.* Conferantur *v. 20. & 21.* item *24. & 25.*

§. 28. Sicque nunc Materiam Firmamenti, itemque Vsum, apodicticè scimus; sed operis æstimatio nondum satis deprædicata: nec Medii inter-aquei partes (sive conditiones) inferiores distinctè satis conceptæ sunt. *Hoc quidem, ratione §. 26,* itemque collatis prioribus, fieri poterit.

29. Hujus ergò recolendum ex §. 14. & 15. *diei primæ* ad creationem Lucis, eandem potissimùm quidem supra terrâ existisse, ibidemque divisam, appellatam esse diem; in oppositione ad noctem, ceu tenebrarum partem itidem supraterream: *Ast item Lucis* materiæ partem aliquam ipsi terræ in donum cessisse, hodieque adesse sub nomine sulphuris varii, metallici embryonative, *chymicis agnitam*; hocque lucis, terræ concreditû, quodammodo & quadantenus de divisione à Deo factâ participasse, motûsque speciem quandam, & sui generis cœlestia imitandi conatum quasi, nactum esse, Argenti fodinarum historiis & Metallicidarum experienciâ, colligitur.

30. Hinc porrò conjecturæ locus est: Quod scilicet superior terræ pars limosa & ipsi superficialis; Lucis inibi factò motu (*thes. 21. 23. die primæ.*) turbatis quasi aquis, altiùs lata fuerit; isq; *pulvis* aquas turbans (obscurans) dictione & *factione* in hisce aquis Medii (tam spaciosi autem & ampli, quantam quidem distantiam cœli & terra hodieque servant) veluti levior terræ portio insuper itidem alteratus erit *ampliat*usque in omnibus suis particulis) ad replendum unà cum aquis ipsum inferiorè, propè athmosphœram, terræ circuitum, mixtim adeò cum aliis, præsertim lucis & aquæ, expansis: Sicut superiorem orbem (§. 15. 20. & c.) merus æther complet & explet ad *distinctiorem* obtinendam inter aquas divisionem.

Appositè quidem Cœlo, ceu corpore simplici, simplicem agnoscente sui materiam.

§. 31. *Admirari* subit de Aquâ, eandem sub firmamento, hoc ipso opere, in tantum fuisse dilatam, ut inane *Lucretii* exhibeat, & molleculis lucis, ceu effluviis materialiter à se differentibus, liberrimum ad eò permittat transitum: *magis* verò & fortean incredibile videtur, quod dictum est de portione *terra* aliàs gravis ad imum decumbentis, pulvisculoque ejus in aquarum, per motum lucis, factâ turbatione altiùs lato, sensimque aliàs iterum desidente ad fundum; *aliquam* nunc ejus *portionem* unâ cum aquis EXPANSAM esse & igitur *in id usque* alteratam; *ut statum* priori (*terræ* denuò v. 9. appellatæ *terræ*) *contrarium* præ se ferat, quæque absolutè levis reddita PER AEREM (nomen erit aquæ expansæ) vel altiùs feratur nequaquam gravitans, quâ nimirum dictæ portiois parte in expanso confirmatâ perpetuatâve, juxta quàm videbimus infra ad v. 16. 18.

Maximum autem, & quod exclamare facit: *quantum mutatum ab illo*, est, quod de Æthere spectare, cogitare & credere datur, perque naturæ librum ita esse demonstratur; & profundissimè per Experimenta Doctis dictum fertur: *Quod est Superius, est sicut id, quod est Inferius; & quod est Inferius, est sicut id, quod est Superius.*

32. Tè *expansi* terminum ad notionem MEDII INTER-AQUEI distinctiùs exprimendam retinebimus: illiusque contrarium sub nomine *densi*. Hoc quidem aliàs opponitur raro, ejusque propterea loco *Verulamius* ponit rò coitum, ipsius expansi oppositum. Enimverò nos duplicem utriusque significationem nunc memoramus, alteram atque alteram removendam: aqua rarefit evaporatione, miscetur aëri & mediante hòc quodammodo expanditur: terra, limo aquis turbato, rarefit. Spongia compressior densata idcirco est.

33. Firmamentum *mechanicè* quasi expansum est ad instar fornici; *sed hìc rò expansum in eo aliter* consideramus, quatenus materiæ ejusdem majorem multò denotat quantitatem absque dilatatione pororum, ad eò ut, corpore ampliato integro, omnis etiam ejus pars in longum latum & profundum expansior sit; sed & nequaquam poris propterea patentior.

34. Non-expansum. Densum: densatum: redensatum &c. vel, in genere: *alteratum*; redalteratum (verbi gratia) *ad densum*, vel, ad expansum. Discriminis ergò hi & similes termini adhibebuntur & intelligentur. §. 35. Jungatur dictis v. 8.

Ad

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines across the page.



Ad diem III instituitur versu nono.

Quo quidem connectuntur hujus diei opera cum prioribus, per adversativam, quando exstat: Terra VERO cælo jam parato non respondebat, ne quidem apta proferre germen, taceo quod homini immediatè sustinendo: aquis enim tota & undiquaque circumdabatur adhuc. Igitur *

§. 2. Dixit Deus, congregentur Aquæ quæ sub cælo sunt in locum unum & appareat Arida. Vastitas §. 5. *die prim.* superficietenùs non arida nil proderit. Faceffat aliquousque terra in densius, præbeatque locum profundiorẽ ipsi, inibi congregandis, aquis; Aquæve suo ad eum locum fluxu, tantos sibi excavent alveos, quibus contineantur tanquam in loco uno & factum est ita.

* 9.

An etiam auri magma (lucem non-expansam referens ceu potiorẽ sui partem) fuerit factum densius: anque sic consequenter de aliis metallis idem intelligi possit? quæritur. Posse quidem, respondemus.

3. Et hanc impræsentiarum Aridam * vocavit Deus Terram, confer §. 2. 3. 4. & 13. *diei prim.* Hæc Terra est quam creavit *ψ. 1.* & nunc terra est terra; animalium (reptiliumque) pedibus teri poterit.

10.

4. §. Et congregationes aquarum, iisdem quibus hodieque spectantur sub conditionibus seorsim detentarum, appellavit Maria.

Notari hîc poterit Pluralis tam Subjecti quàm Prædicati. Et respondet hodieque differentia (pluralitas) Rerum.

5. Interim quoque *diversa* hæc aquarum *Appellatio, diversum* etiam innuit aquarum *Statum* (conf. §. 16. 17. & c. *ad diem prim*) juxta quem quicquam in illis pariter alteratum est ab illo primo Statu.

6. Ast dicet quis: nonne id de Terrâ quoque verum est, cur illius nomen pristinum manet? *aquis* secus fit. & Hisce quidem diversitatis aliquid accessit; ob diversum situm utpote profundiorẽ ceu tenebris magis immersum, quibus & à fluxu, (quem ambiabant circa terram *cælestibus amula,*) refrenatæ sunt, trahunturq; eodem Quietis Principio tantoperè in refluxum. Spectat huc §. 3. *diei secundi.* Et obiter nota quod hujusmodi fortasse faciant in confirmationem §. 7. *diei prim.*

Prioris responsum sequentibus dabitur: ubi de prioritate Elementorum resolvetur quæstio. *Nunc* primùm *de aquarum differentiâ* pergentes scil,

B 3

7. Ra-

7. Ratione tenebrarum adeò ex profundo per substantiam terræ ad superficiem usque maris horripilatim quasi exstantium discriminantur maria eorumque tractus inter se; hòc quidem majorem obtinente fluxûs impetum; illo verò Oceani littore minus impetuofam inundationem sustinente.

8. Tenebris & Ætheri intercedit Identitas materiæ. An quoque Æther in mari vel meatibus terræ distinguet aquas? Etiam *vena* per metalli & lithanthracû fodinas aquifluæ, relictæ integræ, aquam continendo, nullum præbent impedimentum profundius cuniculos ducentibus: at verò *incisa*, ligone, vel, aliter ruptæ effundunt contentam. Ex *quali* materiâ constant, obsecrò, venæ hæ? non certè ex tenebris; neque metallo, neque terrâ ipsâ; Miscerentur enim vel atris carbonibus; terræ metallum eruitur: at venæ non debent excidi. Ergo ex aliâ!

Et sic quidem ratione medii dividētis,

9. Porrò, divisarum aquarum comparatione inter se & ad terram factâ. Quid facit eas per profunda terræ penetrare: quidque in terræ penetralibus easdem ascendere facit: Quid! quod inter ascendendum Pars acidulæ; Pars sulphuræ; Pars dulces insipidæve & limpidae proveniunt: quæ quidem marinæ virides & opacæ erant.

An solâ colaturâ variâ multifariam subalterantur: an verò *novi* alicujus & à tenebris diversi; vel abinde alterati, *admistione*. Et quæ pro hisce effectibus & miscelis parata sunt loca, quæ instrumenta, quæ media ???

10. Difficile est respondere, seu determinare, an formâ vaporû ascendant, & vicissim hi, ad exteriorē terræ corticem refrigerati quasi, vertantur in aquam? &. Est, & largior ambabus.

11. Et levantur ex imis plura recolenda, quæ aliud quid *præter* lucis; tenebrarum aquarumque materiam, vaporesve; aliam *quàm* ex his mixturam indicant. Terræ-motuū impetus, & consequens sæpè aëris infectio: Maribus etiam, tempore incerto, tempestatem insolitam ex inferis fortientibus, & interdum nimisquam perniciosam. Perpetuò Ætna, Vesuvius, Hecla, ignivomi montes, lapides eruptionis ferocitate avulsos aliquousque disjiciunt per aërem: idque incessanter continuando, uno eodemque, vel successivis jugorum tractibus. Cui Naturalium tanquam causæ, hi tot (amabo) intricati & universo terræ statui contrarii effectus attribuentur causati, & quibus causandi modis concatenabuntur?

10. Quod si in aqua...
11. Quod si in aqua...
12. Quod si in aqua...
13. Quod si in aqua...
14. Quod si in aqua...
15. Quod si in aqua...
16. Quod si in aqua...
17. Quod si in aqua...
18. Quod si in aqua...
19. Quod si in aqua...



1. ...

2. ...

3. ...

4. ...

5. ...

6. ...



Respondetur.

12. Cohærebunt invicem veritatis instar: si statuamus, vim creandi firmamentum universaliùs intellectam *ψ. 6. profundius pertigisse;* quàm supra expositum fuit ad *diem secund.*

13. Quàm nimirùm *ψ. 7. Ubi,* quod verbo generaliùs jussum erat ante, vivo opere nunc efficitur in parte expansi medii superiore; & Deus ipse divisit.

Sicut enim hîc non intelligitur omne, quod *ψ. 6. jussum erat,* medium; nec omnis pars medii interaquei supra terram existentis: Ita econtrâ versûs sexti jussus dirigitur ulterius; quam est Medium ad superficiem globi terraquei finiens. Sed quæso quò? In profundius pertingit: in profundius, ubi erant aquæ; ubi erant tenebræ.

14. Veruntamen hâc cum distinctione; quod nempe supra terram, juxta quidem gradus, in universum istis superioribus tenebris expansio facta est: at iisdem infra terræ superficiem non nisi aliquibus in locis & idcirco particulariter.

15. Indeque statuendum, firmamentum in *v. 6. sumi latissimè pro omni eo & ibi,* ubi ex materiâ tenebrarum quippiam alteratum est ad expansi statum, indolem, mobilitatem; & quod dividit aquas ab aquis. Et notandum benè *ψ. 6. non juberi distinctas esse aquas eas quæ sunt supra firmamentum stellatum,* (quod juxta *ψ. 7. ab ipso DEO factum fuit.)* Sed universaliter & abstractivè *aquas ab aquis.*

16. Ideoque ubicunque aquæ sunt distinctæ ab aquis; vel ubicunque aquæ naturaliter distinguuntur ab aquis, putandum est, ibi effectum divisionis obtineri ope firmamenti.

17. Non autem solùm *ob id* est firmamentum *ψ. 6. fieri jussum, ut dividat;* Verùm & ob aliud. Colligitur hoc inde; quia non exstat uti *ψ. 14. de stellis* (quod de fixis præsertim valet) fiant Luminaria UT luceant; sed, fiat firmamentum ET dividat aquas ab aquis. Hinc non est stella quæ non luceat; at quidem est pars firmamenti, quæ nõ dividat aquas ab aquis.

18. Sed quid hîc consequens ἀποώτερον! anne tenebræ in imis relictæ, etiam secundo die aliquâ sui parte expansæ sunt in ætherem, qui ejusdem indolis sit cum cœlesti? Ita videtur, & hoc postulato nobis concessio aquarum in variis locis variè scaturientium, diversos modos conditionesve invicem connectere annitemur imposterum.

19. (Alia objectio) Tenebræ æthereæ factæ & tantùm mutatæ
ab

ab illis, eâ parte quâ solidatæ in firmamentum, sunt cœlum, Firmamentum est in terra. Ergo in terrâ est cœlum.

Vel pars cœli est in terræ visceribus.

Dic quibus in terris (*& eris mihi magnus Apollo*)

Treis pateat cœli spacium, non ampliùs ulnas.

20. Dic mihi priùs qui moves dubia, Amicissimè Lector, & explica ut pateat respectu quarum partium locorumve ipsa terra initio fuerit INANIS, monstra, numeram, mensuram *spacia* illa subterranea. Et dicam quibus in cryptis tres (id est tam angusto spacio, ulnas paucas æquante) vel quot ulnas mensuraveris; tot ulnis dicam cœlum inibi patere extensum.

21. Inane est *primum* imperfectionis prædicatum, etiam intellectu *difficilius*: primùm quidem in intentione emendandi; ultimum, magis licet necessarium, in executione. Ob illud etiam à nobis omissum fuit superiùs, Vacuo namque *ψ. 3. Die prim. §. 13.* allegato tanquam repleto.

22. *Istud* etiam ne quidem nunc intelligeremus; nisi tam variis in terrâ existentibus mutationibus per aquas ut plurimùm causatis: tum & alio præter ignem in terra mobili ad inane sic exponendum sollicitaremur & tantùm non cogereur.

23. Etiam omninò putandum, *id ψ. 2. non frustrâ ad creatum esse terra; sed* sicut vacuum pro luce indendâ: ità illud, pro inibi faciendâ *tenebrarum* ad expansum *alteratione*, reservabatur; illis duntaxat in meatibus, per quos tale quid erat, ratione cujus terra dicebatur inanis. O insigne omnipotentis & omniscis sapientis documentum!

24. Naturam inferiorem obtinet in omnibus sibi ministram ipse Pater cœlestis. Parata est justitiae vel paternae castigationi exequenda: præterquam quod & ordinariò, hoc ipso medio mediante, tot in terrâ vicissitudinum perpetuandarum ergò, inexplebilem (inexhaustam) alterandi movendique præbeat operam,

25. Inque hunc finem *inania* terræ loca in principio parata erant. Hæcque ipsa *atherem* contentum, ea, quæ sunt formæ suæ, *exercere permittunt*: eundemque almæ matri imprægnandæ, tanquam ex penu porrigunt, omnibus aliis materiis & partibus disponendis, alterandis transformandisque *communicandum*, in tot usque metallorum succorum, lapidum: herbarum item, differentias.

26. Idem IBI *Æther similem* per mare accedentem sibi assumit vehiculo aquæ, quam lapsam sibi sociam unâ alterat *iterùm expansus*, & sur-

In nomine domini Amen. Quia in hoc mundo
 non est nisi una veritas et una vita
 et una via ad deum. Et qui non
 vult deum videre non debet
 despicere unum de illis qui
 in nomine domini operantur.

Et si quis dicit quod non
 vult deum videre sed
 vult deum amare. Respondetur
 quod non potest deum amare
 nisi deum videat. Et qui
 non vult deum videre non
 debet deum amare.

Et si quis dicit quod non
 vult deum amare sed
 vult deum servare. Respondetur
 quod non potest deum servare
 nisi deum amet. Et qui
 non vult deum amare non
 debet deum servare.

Et si quis dicit quod non
 vult deum servare sed
 vult deum honorare. Respondetur
 quod non potest deum honorare
 nisi deum amet et deum servet.

Et si quis dicit quod non
 vult deum honorare sed
 vult deum glorificare. Respondetur
 quod non potest deum glorificare
 nisi deum amet et deum servet
 et deum honoret.

Et si quis dicit quod non
 vult deum glorificare sed
 vult deum gloriosum esse. Respondetur
 quod non potest deum gloriosum
 esse nisi deum amet et deum servet
 et deum honoret et deum glorificet.

Et si quis dicit quod non
 vult deum gloriosum esse sed
 vult deum gloriosum fieri. Respondetur
 quod non potest deum gloriosum
 fieri nisi deum amet et deum servet
 et deum honoret et deum glorificet
 et deum gloriosum esse velit.

Et si quis dicit quod non
 vult deum gloriosum fieri sed
 vult deum gloriosum esse et gloriosum fieri. Respondetur
 quod non potest deum gloriosum
 esse et gloriosum fieri nisi deum
 amet et deum servet et deum honoret
 et deum glorificet et deum gloriosum
 esse velit et deum gloriosum fieri
 velit.



& sursum ferri facit aliquousque, donec, ultra inania sponte suâ, terræ petat superficiem.

27. *Æther*, in loco formæ suæ proprio, movetur ab aquis; & illuc in alto nullis præsentibus suscipiendo motui obstaculis, nunquam nõ movetur: *Hic* verò in subterraneis contrà, ducit ipse & circumdat aquas; parte aliquâ sui motum intermittens, venas pro iis continendis constituit, quandoque etiam ipse in matricibus metallorum jungitur & unâ constituit *ÆS*.

28. Aliter *idem* aquis quandoque impexmixtus, luci subterraneæ inservit, ut hæc densa ante, adpetat, isto mediante, materiæ suæ perfectius & expansum nimirum, feraturque adeò rectà pro ignis more sursum: Quandoque verò in superficie alicubi offendens aquas, iis cum mixtus, thermas exhibeat sulphureas. Aquis autem non latis obviam, exhalationibus siccis & calidis (ubi præsertim per maris figens ipsi Lux redensata succurrit) ignis erumpit.

29. *Idemque* Luci impermixtus obtinet motum; vel eundem levi occasione assumere potest, sumptoque impetu terræ obstacula rumpit: Vel in mare Gas indomitum exæstuans impetuofam & perniciosam sæpè excitat tempestatem: in aëre æstate mediâ hyemeve, procellas, turbines & inordinatos quosque motus, inferorum pertinaciam præ se ferens & superis quasi rebellis factus, efficit.

30. Et NUNC per creatam (die primo) Lucem: per factionem firmamenti (die 2.) per segregationem Marium; terra ab imperfectionibus ad perfectionem fuit disposita. Illic non diutiùs vacua erat: Istic jam intelligitur desuisse inanis esse; & hinc limo superficiali arefacto (nunc, inquam, die hoc tertio) vocatur ab ipso Creatore TERRA. Et vidit Deus quod esset bonum jam ac futurum ulterius, & ait: *Germinet terra herbam virentem &c. lignumque faciens fructum suum.* (II.)

§. 31. Sed, lubet ante digredi, quàm pergamus & examinare controversiam de prioritate Elementorum inter se. Terram & Aquas simul existisse ex ψ . 2. patet: at verò Lux peculiari post instanti legitur & intelligitur ψ . 3. creata. Deinde dividitur, non à terra: non ab aquis; sed à tenebris. Et membra divisa contraria invicem existunt.

32. Quodsi verò ipsi Luci IGNIS affinis est, & absque Lucis Materiâ nullus existat neque possit existere Ignis naturaliter; palàm est Terram in comparatione ad Ignem esse primum Elementum.

33. Ea quidem etiam prior dicitur tenebris & aquis; sed alio sensu: Vel nimirum, quod respectu utriusque coævi prior nominatur *ψ. 2.* vel, quod respectu alterius, ad suam terræ formam propior (dictū hoc esto ad §. 6.) & similitudine affinior erat, in ipsâ sui primâ & pristinâ existentia; quam erant tenebræ materiam cœli, Dei quidem jussu & facto, exhibentes. Atque hoc sensu *terra prior* fuit ipso *cœlo*.

34. Ast huic sententiæ, quando terra ad cœlum relata prior dicitur. *Ordo nominum ψ. 1.* Item *appellationis*; cœli quidem *ψ. 8.* terræ verò demum *ψ. 10.* *obstare videtur.*

35. Ut distinctè respondeamus & hisce ibidem (§. 1.) dicta suffulciamus; repetendum hic *ψ. 1.* intelligi partes macrocosmi eundem absolutum significantes: & neutiquam easdem in rudibus suis met materiis informe chaos constituentes; ac si deleto vel exempto licet versu secundo; Omnis tamen Cœli & Terræ Materia versu hōc Primo significata putetur. Nullo modo.

Et quod Ordinem appellationis attinet, non valet consequentia; Si cœli machina *prius* fuit absoluta & nomine indita, *quàm* imum elementum à Deo vocatum fuit *terra*: sequitur quod materia Prima vel rudissimè informis; vel à formâ sui cœlica remotissimè talis, *etiam* primò adfuerit, aut æquè principio temporis exstitisse dicitur; ac imperfecta terra. Sanè non!

Præsens Rerum facies indicat nobis intellectum verborum. Quando de cœlo quæritur non volumus responsum de tenebris. Diximus quidem in fine præced. §. 33. hæc constituisse materiam cœli: ast non prout tenebræ; sed *juxta* quam sui *partem* tantum & ferè totum à se se mutatae erant *vide* quæ dicta sunt ad *diem secundum*.

36. Cœli existentia nullâ ratione concipi potest, antequam *Medium* inter aquas factum fuit. Hujus faciendi gratiâ, dixit Deus: Fiat firmamentum, & idem quod dixit, fecit quoque; & sic quidem taliter *factum appellavit cœlum*. Ecce hujus appellationem præcedunt: *fiat. fecit, appellavit*, nempe *post* versum secundum itemque tertium denique sequuntur istiusmodi quasi ad cœlum præparatoria, *versibus* videlicet *sexto septimo & octavo*, horumque nulla est connectio cum versu *primo*. Veluti contrâ (*infra paragr. 39.*)

37. Terræ, si velis, materia. Cui, quam primum exstitit nomen terræ competebat, & forsan magis quam ipsi Luci nomen lucis. Ratio hujus est, quod terræ materia actu magis disposita erat ad formam
fibi

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs, with some lines appearing to be numbered or sectioned. The ink is very light and the paper is aged and yellowed.



sibi futuram: quàm quidem lux, à tenebris nondum divisa, ad formã lucis: Quin imò si lux non fuisset divisa, immediatâ Dei actione, quæ & prima fuit quâ manus (quasi) ipse operi admovit. Si, inquam, Deus nō divisisset ipse, nunquam Lux, quamvis præsens, apparuisset & non-apparens; etiam non fuisset lucis vel diei nomine appellata.

38. Terra verò etiam non-apparens, terræ nomine venire poterat itidemque venit. *Hæcque per id nomen denotata Res, eadem prorsus tunc fuit quæ est hodieque & quæ sic appellatur.* Hæc prima fuit in intentione (loquimur de naturalibus finitis temporalibus, quæ in principio temporis initium lumere debebant) licet quandoque posterior in executione.

39. Hoc præsens Elementum connexionem habet cum ψ .1. Cujus ultimum, ψ .2. primum ponitur. Cujus accusativus nunc nominativus repetitur; secus quam Lux: hæc enim Visa divisa dein appellata: activis accusativum sibi construentibus; secus item ac alterum hujus ψ .2. substantivum, confer præced. § 36.

40. Tenebræ quippe juxta nos *cælum appellata sunt mediante* (si non *Noctis*, tamen) vocabulo *firmamenti*. Ex tenebris præsertim jussit fieri tale quid, cui firmamenti nomen competeret. Es dictum firmamentum postea v.8. appellatum fuit cælum.

41. *Non, cum ad modum, iis mediantibus formis, mandatis & factis cum terrâ processum est.* Non exstat verbi causa; Fiat lutum, fiat limus, & appellavit lutum jam ante factum terram. Nec habetur inter rei existentiam & ejusdem nomenclaturam: fiat arida; Vel duntaxat congregentur aquæ ut sit arida; sed ut ea, quæ jam tùm est in ψ .2. & die primo, ea nunc ψ .9. & die tertiâ appareat arida.

42. Ut id circò se ipsum frustretur. Qui verborum sensum ità accipit, ut legendo & intelligendo hunc ad modum procedat: In principio *heu attendam* creavit Deus, *ea quid? cælum est unum quid & quid præterea terram est alterum, habeo nunc duo* de hoc quidem posteriore Ente loquitur porrò ψ .2. & quid ipsi ad fuerit $\omega\varsigma$ $\epsilon\nu$ $\chi\acute{\alpha}\omega$ commixtum recenset. Inde ψ .3. lucem depromit, de quâ adhuc v.4. & c. differitur, & hæcenus benè. Ast ubi ψ .6.7.8. Cælum (ad quod vel pro quo nullam ex prioribus materiam recordatur, ut ad eò) ibi primum prodiisse spectabile hoc Mundi Opificium intellectu lectionis percipit, atque sic, *nominis* hujus ψ .1. apprehensam *rem* hîc demùm creatam videt. NB. illud, ψ .1. tanquã terrâ prius, ALIUD significare putat, ante hoc

stellatum COELUM, & ante, hoc ipso priorem terram, CREATUM in Principio. Sed & cum ad quæcunque sequENTIA, totidem naturalia hodiernum existentia comparare potest; reputat & ibi per cœlum, naturale quippiam intelligendum esse, *quid igitur* scrutatur, pervenit tandem in illam opinionem ut dicat: IDEAS (alius forsan Angelos intellexisset) formarum omnium, hoc nomine comprehendi & creatas dici ipso hoc *ψ. 1.* eæque nunc, quia primæ inter creata exstiterunt, tam promptè prodeunt vers. II. (20. 24.) Unumquodque consequenter semen, propriam sibi & peculiarem ideam jussu hoc vel illo accepit, eandemque nunc, ad hanc vel illam speciem alligatam & quasi subdeterminatam, unà cum corpore producto multiplicat. Spiritus inde Seminalis dicta. Hâc ratione Professor dogma suum inculcans facile persuadet Botanices Tyronem, quomodo aliter folia flores herbarum variis quidem saporibus & odoribus constantia, in totuplices figuras, colores, quantitatem, effigiarentur quotannis!

43. Verum enim verò ubi demonstraverimus easdem esse supervacaneas, ad vegetabilia variè efformanda. & probatum dederimus, *anima* viventi *sufficiens* ex luce, consentiente quasi æthere *præsto esse ministerium*, ipsâmet tunc animâ, ideæ loco, principium motûs determinante, & cum contrario conformato, limitante.

44. Ubi namque porrò evicerimus, ex præsentis (juxta nos cujusque *materia* statu, maximè propè & ponè mundi loca differenti; pro ut nimirum centro vel circumferentiæ viciniore stant vel feruntur *formales* dictæ, quam variis, per eas, terra polleat facultatibus, idque jam tùm ante jussum germinandi sibi factum, Lucem, hoc die tertio sibi magis familiarem & propiorem obtinens quàm die quarto & sequentibus seculis.

45. Istiusmodi nempè difficultates ubi subterfugerimus, inserviet nobis axioma illud: Entia non esse multiplicanda citra necessitatem, & nunc in textu pergentes ponderabimus primò singula ejus verba.

§. 46. Scilicet, voce aridâ non tam adjectivè quàm substantivè sumptâ, intelligetur limus sensim exsiccandus, quippe quo Lux ferè *expansa* retenta, & *expansa inferior*, *conjunctiores* existunt atque sic, ipsa hâc præsentis aptitudine, mobile præ se fert in superficie. Accedit vox Dei, quando ait: *Germinet &c.

* v. II.

47. Interea (vel brevi ante factum putamus juxta capitis 2. *ψ. 5. 6.* quod

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines across the page.



quod nimirum) *vapor*, æthere subterraneo aquam ex profundis ad superficiem instigante, *ascendit* fortean altiùs quàm hodiè lunæ concavum est; ipse quidem ex Limo materiam noctis nebulosam sibi mixtam *sursum* ferens. & per hanc indè latam hîc in consortium sumptâ *lucem* etiam sublimiorem ad differentias *ODORVM*, mediante *expanso* æthere, defigit; vel eodem *hòc* alterato ad densum, itemque comprimente, *SAPORVM*, lucem in mixtione non ampliùs lucem; sed vel salis volatilis aromatiçi oleosive; vel sulphuris nomine notam; at in subitò factâ concrematione, sese iterum prodentem.

48. Qui quidem vapor locum combinationis, utriusque materiæ activæ, in *Sublimi* notans; *initium* futuræ *mixtionis*, in terrâ ejusve superficie complendæ, fecit.

49. Ex opposito pariter *factum* ubi fuerit ad perticæ, exempli gratiâ, ab abyfso distantiam, qualitatem suam occultiozem servabit; quàm si in superficiali tellure, eadem ex profundis, (& si per intermediorum locorum Proprietates non sit alterata) lucem etiam altiorem & id propter mobiliorem sibi defigat: Veneni penetrantiâ existente eadem; sed necandi morâ differente.

50. *Irrigans universam* superficiem terræ, etiam eas, invicem oppositas plagas, quibus poli (ruditer nunc dein verò *die quarto* limitatè magis profutare concipiuntur. Hisce insuper jubetur ita:

51. *Germinet terra herbam*, & huic à terrâ in sui superficie productæ iterum vis inerit, nempe *virentem* & faciendi semen. Hoc adeò ex terrâ proveniat mediante ipsius herbæ (*τὴν* essentiali non solum sed) integrali & crescendi modo; quæve interea singularis materiæ formalium sit determinatio, quæque inter virendum terrearum aquearumve particularum contingit mutatio, unâ attendendum ad speciem seminum.

52. *Lignum Pomiferum*, suâ quam habet materiâ & tantùm non formâ, quâ scilicet profundiore, proindeque densiore idque propter in latius per medias alterationes expansibili, plusque terræ unâ ex aère sibi defigens, in corpus tale grandius & solidius augetur.

53. Repetitur * *Lignum faciens fructum juxtâ genus suum. Quercus* nigriore & magis stygiâ constat, itemq; (pro mixtione ad lignum) Luce non-expansâ, vel metallico sulphure: cujus tunc *ligno* super terrâ aucto, & per ejus radicum fibrarumque poros proserpente *succo*, di-

etiam profundiore & sensim quidem alterabilem vehente, excipit
lucem,

lucem, jungitque sibi portiones, tam ex aëre quam ex & per terram, aqueas terreasque; *Luce* quidem, partim *non-exaltatâ* partim *expansâ* depressoire, *constans*, saporem exhibet in fructu stypticum gustui. Qualitatemque similem partes ejus (sicut & vitrioli) in & extra corpus adhibitæ, exerunt.

§4. Glans *ejus* fructus, eâ proportione possidet hæc dicta, hujusque compage, terræ humore, laxatâ; *Lux* exaltata primùm, motum suum adipiscitur sequace tardiùs *alterâ*, materiâque subinde alterandâ tarditatem augente, germen protrudit; ventisque citantibus tenellum furculum, subdefigentem, ad conditiones competentes, mixtionis sui similia, in tam vastam & robustam arborem, per plures annos crescendo, consummatur.

§5. *Istiusmodi*, uti &, Pomum, Pyrum, Prunum, Cerasum, non immediatè à terrâ producuntur (uti quidem bulbus rapûve) sed in aëre. Quercûs fructus, profundo-terreas (hæc superficiales) illud supra-terreas, istud easdem magis homogeneas. Hoc alterum atque alterum heterogeneas magis; in acerbi, acidi, dulcis, hîcque duri mollisque; saporum & partium differentias.

§6. Fiuntque aliquousque in aërem exstantibus lignis: quorum cortice succus radicalis, ab aëris injuriâ tutus, suum sibi jussum fructû in summitate ramorum inter folia exhibet.

§7. Discrimen est inter herbæ & vegetabilis lignosi sementem. Transumptis omnibus Tritici granis, culmo licet viridi existente, nō propagatur ex hoc, nova herba: at, ligni tenellis partibus, vis feminis inest, præsertim pomi & similibus nudè quasi in aërem pendentium. (De Avellanâ enim & Juglande non valebit; vel Hortulanorum industria in modo excogitando hæcenus defecit.)

§. §8. Sed, an terra produxit? Utrique produxit: verùm ea non ampliùs vacua; nunc enim simile simili jungitur: ea non ampliùs inanis; sed ipsa prædita molli mobili, dat oleum petræ, profert juniperi lignum aculeatum, per aërem rigidum rigidatis spiculis; at bacis Gas mobile exhibentibus, & flatuosum.

§9. Sed, an produxit terra, ipsa in universo, per principium quietis macrocosmicum tanquam suum, quiescens, quæ & ipsa aliis spoliata materiis caput mortuum audit Chymicis? quia spoliari potest bonis utique eadem possidet. Et licet motus universalis (quo uni parasango cœli vel climati nunc vicinior ipse globus terraqueus; nunc re-

motior

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or the beginning of a section.

Second line of faint, illegible text.

Third line of faint, illegible text.

Fourth line of faint, illegible text.

Fifth line of faint, illegible text.

Sixth line of faint, illegible text.

Seventh line of faint, illegible text.



... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...

... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...

... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...

... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...

... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...

... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...

... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...
... quod dicitur in ...

... quod dicitur in ...



motior abin feratur per aërem vel ab aëre) illi non competat, nec competere possit: siquidem tenebræ fuerunt prius super abyssum, quàm lationes Lunæ Solisve, per vesperè & manè denotatæ institutæ fuerunt; quin antequam creabatur prima solis materia. *Attamen* propter sui primævum inane donis postea cœlestibus præditum; & propter vacuum, contento suapte naturâ mobili, expletum, *particulari*, quarundam nimirum particularum ex meditullio ad superficiem, motu constans.

Fuit & huic jussui ψ . II. sibi facto, exequendo, sufficiens; equidem versu 12. obsequium *terre* attestante.

60. Aliter enim si fuisset; etiam aliter scriptum esset. Uti videlicet adscriptum est singulis vicibus, ubi jussa *eadem*, in gerendo morè, deficit: vel imperfectè quippiam quasi produxit, vel simultaneo modo; ipsa quidem cum alio altiori eoque vel increato, vel sibi adcreato, principio. Prout audibimus ψ . 20. 21. item 24. 25.

61. Sufficietiam terræ hisce nostris explicationibus nixam disputaret fortean aliquis acuratiùs figuras herbarum sedulò contemplans, virtutumque earundem gnarus interrogando, utrum dictorum mobilium, *sensibili* motum contractivum: quid pudicæ tangi nolenti, tactæ, faciat dissilire siliquam? *R.* Hæc quidem stamen exporrigit per longitudinem siliquæ, quod ubi maturitate præsentem exsiccare ceperit, contrahit se; prout siccata varia solent; itemque admixtum existimabitur aëreum purius excellentiori gradu motum contractivum intentans.

An sint qua expansa in se; minorata verò in fibrâ tensâ, ipso rupturæ instanti, præsentem, expansum sui reassumant; idque circò stamen, cujus tubulo continentur, amplius breviusque efficiant, iniri ratio poterit. Vel, per intermedium aëreum latis globulis, tactuque minoratis; similes contigui per poros siliquæ minorentur consequenter, itemque coacti. Atque sic iidem, tubulo staminis contenti, calorem assumant, eoque momento contrahi idem faciant? subtiliter cogitari poterit.

62. Ad hos posteriores datos modos, Arcus ad curvum tensus, in re-
tūm sese recipere sentitur, fibris in ligneo præsertim baculo, ita huc conferentibus, unâ cum tubulorum seu pororum contentis. Expansum, quod mixturâ vel violentiâ externâ à rotundo majori in (simile) minus transfiguratum fuerit, majus sui recipit momento, quo desinunt contrariè causantia. Assumatur exemplum pulveris pyrii. Perpendatur huc, indomitum vitrioli phlegma, quod vires exerit in destillatione pro Spiritu: aliorumque. Quemadmodum æther summus sub nomine mixti
falis

salis volatilis armoniaco adest & ad Recipiens suos delineās motūs in varias quasi ramificationes lateribus adhærentes.

63. Illa verò herba exotica, cujus folia leviter tacta contrahuntur adeoque sentire videntur, etiam venenata est, & sui alexipharmacum propriâ continere dicitur radice pulverisatâ (& forsan magis si hoc factum fuerit) ad ignem. Connexio ex sequentibus manifesta erit.

64. Venenum unde missum & desumptum agnoscamus, ante hâc, *de Febris* disputantes indigitavimus. Reputamus Idem, uti lethale & mortiferum; itâ à vitâ motuque maximè alienum.

65. *Mixturam* pro hâc herbâ, quam superficies terræ ad se delatam seminalem accepit, *continuisse* putamus materiam *stygiam* (intellige tenebras ibi à motu & luce diffitas) puriorem & *non-alteratam*, & cum partibus ætheris per inania versantis non quidem mixtam; sed *compositam*: eundem sibi præsentem ætherem supratherreoque sui simili junctum ad expansionem sui foliorum lævium & tenuium facientem cum appositione & conformatione aliarum particularum. Ita quidem, ut stygia illa ceu materia (formalis) primi Elementi, principalis mixti seminalis *pars* sibi etiam integrales obtineat obedientiales & præsertim utriusq; loci æthereas, realteratas quidem, hunc motum efficientes.

66. Hæc, ita proportionata & seminalis, mixtura, radici concreta est. Radices terrâ continentur, eâ mediâ occasione prævalet ibi figens, & in solidâ sive non-flexili nulla apparent miranda.

67. Succus inde serpit ad superius, Inpremumque ætherem cum luce sibi combinat in compage caulis & foliorum: Prostat in aërem, & ex hâc ipsâ loci conditione, radiorumque solis præsentia, contractiva veneni vis debilitatur, ætherque ferinus in cœlestium conjugio domatus expansa, (in aprico præsertim) sustinet folia: leviter verò tactis foliis in extremo, atq; ibi globulis lucis compressis, densatisq; aliquot æthereæ conditionis fibris, inde ab aperto foliorum incipit consensus cum radicis *occulto*, ceu *naturâ* partes sui, *centro* quò propiores eò *densiores* obtinente; idemque *gestienti*: tanquam densissimo sibi perfectiore (quippe primo.) Hujus ergò, in extremis, densatione tactu factâ, omnia per folia spiramenta ad contractionem conspiciant quasi, & æther cœlitus assumptus, frigore veneni instigatur ad simile faciendi & pristinum sui Statum repetendum.

68. Connectuntur dictis reliquæ circumstantiæ, quod scilicet
quando

quodammodo habet eadem... quodammodo habet eadem...

69. Radix adalipae... Radix adalipae...

... Radix adalipae...

... Radix adalipae...

... Radix adalipae...

... Radix adalipae...

... Radix adalipae...

... Radix adalipae...

... Radix adalipae...

... Radix adalipae...

... Radix adalipae...

... Radix adalipae...

... Radix adalipae...

... Radix adalipae...

... Radix adalipae...



... etiam in ...

... etiam in ...

... etiam in ...

... etiam in ...

... etiam in ...

... etiam in ...

... etiam in ...

... etiam in ...

... etiam in ...

... etiam in ...

... etiam in ...

... etiam in ...



quando folia herbæ *Sensibilis* dictæ, cuspide ensis, vel, extremo bacilli leviter contingantur, eadem sese contrahentia diutiùs in umbrâ contracta maneant: quàm Soli exposita: tunc enim sensim & citiùs explanantur iterùm folia.

69. Radix adustione amittit figens sui Principium, amissumq; hoc sibi recuperat inde, ubi non est connatum. Sic ejus pulveri jungunt sese dira venena (in corpus aliàs & ad Cor penetrantia) per poros undique adhuc apertos patentes. Eâ ratione jungitur suum suo, liberanturque sanguinis spiritus & cor Alieno.

Junge his Alexipharmacum ex *Sngiois* seu viperis: pulveris bufo- nis calcinati &c. Itemque

70. Purgans asininum. Postquam succum superficiale secedere facit ad exteriora; fructu nimirum debitam sibi amplitudinis sphaeram obtinente; euntibus inde spiramentis, in spicula rigidulatis: *Aether* Sylvestris ad Centrum intùs conclusus & tempore exsiccatior ab admixtis aëreis tanquam aqueis (ob consumptam, obtento cucumere, seminalis succi proportionem) *efferum* in sicco & potentio- rem *motum* obtinet; in sicco expanditur perfectiùs &, indomito pro more, impetu diffilit.

Recolatur de pulvere tormentario, qui madefactus tantarum non est virium. Arcus ligneus in aquam coniectus & per intimam adens, quamvis tensus, tantam vim non habet; ac idem siccus.)

71. Verùm dicet non facilè credulus: ast libenter de dictorum veritate dubitans, ut adeò plus circa rem sciscitetur.

Quid ad hoc, quod Nolime tangere ferat luteum florem: flosque passionalis dictus, pro loci licet & culturæ mutatione; non tamen in aliam figuram excrescat? Respondetur Particularum dispositio in semine, & vis materiarum juxta tot locorum supra- & infra-terreorum proprietates, varia; differenti proinde activitate jungit sibi plus vel minus; ante se, vel ad latus sui: succo seminis in medio exporrigen- do, quoad extendebat se conditio seminificati: Ex æquo utrique po- tentiæ, vel, figentis prævalentis in viridem; vel, suppetente æthereo copiosiore, in coeruleum; vel, Luce abundantiore in flavum colorem, vel denique hâc densatâ, rubrum: ipsi *terra* expansæ, inter *partes* flo- rem constituentes, *potiori*, *albus* debetur color, tanquam eidem pro- prius. Et possemus *argi Betav* adhibere ulterius; sed reminiscimur hisce datis principiorum varietatibus & determinationibus insuper

D

acces-

accessisse tunc jussum Dei, quem & hodieque iis continuandis potentem agnoscimus.

Præsentem dicit qualibet herba Deum!

In die quarto.

Præsertim & maximè Cœlorum Exercitus annunciant gloriam Dei.

§. 2. Erat cœlum jammodò, die tertio ordinatum; sed nondum ornatum: Ornari autem debebat per *luminaria* ponenda in firmamento cœli, * *v. 14. Fiant* igitur, & dividant diem & noctem.

3. Dies à nocte jam tum *ψ. 4. & c.* divisa erant: Sed tamen adhuc quasi confusa, luce duntaxat seorsim ad manè tendente, restitantiisque noctis tenebris à vesperè, veluti ad hoc impofterum pelendis.

4. At verò sicut dies secundus à primo divisus erat: ità nunc *quartus* alius erit, quam uterque prior, & *hic* nanciscetur divisionis perfectæ & absolutæ complementum. Noctem & quæ noctis sunt inter se, & à diei partibus itemque qualitatibus, & has utrasque ab invicem dividet.

5. Et sunt, Luminaria facta in firmamento cœli, in signa. Cometæ quando fulgent significant. Non semper extraordinariò significandum & proinde interdum visuntur. An ad Meteora ignita referenda; an verò τὸ fiat *his* super & unà intelligendum? injungimus pensitandum.

15. 6. Vel, an ita in signa: ut luceant in firmamento & illuminent terram; sicut quidem divisio diei & noctis, sita in hoc esse constat; pro ut, diversimodè lucent & his illisve phasibus situationibusque, illuminant terram.

16. 7. Præprimis verò illi ex Planetis; * *duo* LUMINARIA magna, quæ fecit Deus præter *stellas*. Alterutrum quidem, ut præesset diei: Alterum respectu hujus minus, ut præesset nocti. Confer seq. §. 15.

17. 8. * Et posuit eas (unà jam, præter luminaria, itidem) *stellas*; quæ quidem *ψ. 14.* luminarium nomine quoque comprehendi poterant.

9. Sed quid! quod bina ibi facta luminaria adè inter se distincta; ut Majus aptum natum sit diei præesse: Minus nocti, ceu rei à die & luce penitus diversæ, confer *ψ. 5. appellationem*, hujusque ergò *Paulò infra v. 18.*

10. Ast verò hîc secus quàm versibus allegatis, idem nomen est. Erunt-

104

Et cum dicitur in libro I. de iudiciis. Si quis in iudicio
falsum testimonium dixerit. Et in libro II. de iudiciis. Si quis
in iudicio falsum testimonium dixerit. Et in libro III. de iudiciis. Si quis
in iudicio falsum testimonium dixerit.

11. Non est in iudicio falsum testimonium dixerit. Et in libro II. de iudiciis. Si quis
in iudicio falsum testimonium dixerit. Et in libro III. de iudiciis. Si quis
in iudicio falsum testimonium dixerit.

12. Et cum dicitur in libro I. de iudiciis. Si quis in iudicio
falsum testimonium dixerit. Et in libro II. de iudiciis. Si quis
in iudicio falsum testimonium dixerit. Et in libro III. de iudiciis. Si quis
in iudicio falsum testimonium dixerit.

13. Et cum dicitur in libro I. de iudiciis. Si quis in iudicio
falsum testimonium dixerit. Et in libro II. de iudiciis. Si quis
in iudicio falsum testimonium dixerit. Et in libro III. de iudiciis. Si quis
in iudicio falsum testimonium dixerit.

14. Et cum dicitur in libro I. de iudiciis. Si quis in iudicio
falsum testimonium dixerit. Et in libro II. de iudiciis. Si quis
in iudicio falsum testimonium dixerit. Et in libro III. de iudiciis. Si quis
in iudicio falsum testimonium dixerit.

15. Et cum dicitur in libro I. de iudiciis. Si quis in iudicio
falsum testimonium dixerit. Et in libro II. de iudiciis. Si quis
in iudicio falsum testimonium dixerit. Et in libro III. de iudiciis. Si quis
in iudicio falsum testimonium dixerit.



unvollständig ist. Die erste Hälfte ist in zwei Bänden
abgedruckt.

Die zweite Hälfte ist in drei Bänden abgedruckt.

In der quarto

Die erste Hälfte ist in zwei Bänden abgedruckt.

Die zweite Hälfte ist in drei Bänden abgedruckt.

Die dritte Hälfte ist in vier Bänden abgedruckt.

Die vierte Hälfte ist in fünf Bänden abgedruckt.

Die fünfte Hälfte ist in sechs Bänden abgedruckt.

Die sechste Hälfte ist in sieben Bänden abgedruckt.

Die siebte Hälfte ist in acht Bänden abgedruckt.

Die achte Hälfte ist in neun Bänden abgedruckt.

Die neunte Hälfte ist in zehn Bänden abgedruckt.

Die zehnte Hälfte ist in elf Bänden abgedruckt.

Die elfte Hälfte ist in zwölf Bänden abgedruckt.

Die zwölfte Hälfte ist in dreizehn Bänden abgedruckt.

Die dreizehnte Hälfte ist in vierzehn Bänden abgedruckt.

Die vierzehnte Hälfte ist in fünfzehn Bänden abgedruckt.

Die fünfzehnte Hälfte ist in sechzehn Bänden abgedruckt.

Die sechzehnte Hälfte ist in十七 Bänden abgedruckt.

Die十七te Hälfte ist in十八 Bänden abgedruckt.

Die十八te Hälfte ist in十九 Bänden abgedruckt.

Die十九te Hälfte ist in二十 Bänden abgedruckt.

Die二十te Hälfte ist in二十一 Bänden abgedruckt.



Eruntque fortean ejusdem conditionis; sive quoad materiam ex quâ Sol Lunave constant; sive ratione illuminationis: sed, non est posterius; & motu ab invicem maximè differunt. Ergone erit Prius? Judicium datur:

11. Non esse Prius, & potius convenire (juxta quàm nomen idem non ab Adamo sed à Deo obtinuerunt commune) *in laminatione* putandum est: quàm materiæ identitate. Et causa laminationis etiam in ipsâ Lunâ principalis agnoscenda, quantumvis Solis satellites sibi sortiatur in suppetias.

12. Et cum objectum unius, scilicet Nox (per quam vocem tenebrarum partem mobilem intelligi intelleximus) differat ab alterius objecto, Die nimirum; quo vocabulo ea venit lucis primigenæ pars, quæ expansa est, & maximam sui partem, inque omnibus sui partibus quâ talibus, nunquam non movetur sponte suâ: uti è regione nox coactè quasi retrocedere habet necesse, in perficiendam noctis à die, & noctis unius ab aliâ, frigidioris penetrantioris à minùs tali, divisione, (*infra §.28. ad v.18.*)

13. Uti videlicet nomen utriusque vel alterutri peculiare non inditur; sed unum æquè ac alterum luminare audit: de uno æquè ac de altero affirmatur *τὸ* illuminare terram, lucere super terrâ, luce unicuique suâ & peculiari. Idque ratione appellationis utriusque communis.

14. Lucere dicuntur in firmamento cœli, & illuminare terram. etiam Luna utrumque faciet; illud quidem per internam & propriam sui corporis lucem: hoc verò, quod nimirum ipsi terræ inferat seu irradiet lumen, erit effectui mancipatum per intermedias, inter illam & terram, Lucis particulas. Vel, Noctis item interstitia ad differentiam facient & contribuent ad functionem suæ Rectricis.

15. Quemadmodum verò Deus eadem jussit in firmamento esse, quod etiam factum fuit ita; & tamen Ipse fecit, corpora quasi exoliens nitida, Luminaria præsertim DUO magna, etiamque stellas: ita & posuit eas in firmamento cœli, * *ut* lucerent super terrâ, & præessent diei & nocti, & *dividerent lucem ET tenebras.* 18.

16. Jam tùm *ψ.5.* fuit lux divisa à tenebris: nunc dividenda sunt, lux & tenebræ. Lux à luce, dies à die; tenebræ noctis à materiâ æthereâ, illaque iterum à stygiis nequaquam diei cedentibus; sed, obstantibus: quippe non tam motis ipsis quàm solare defigentibus in sal maris. *Conferatur præced, §.12.*

17. Ita quod jussit Deus fecit, *Luminaria* scilicet, & posuit eas. Quid autem, quod non *moveri* instituit? &c. Motum jam tunc obtinebant §. 21. 22. 23. *Die prim.* & interea promoti magis quam impedita; sed quidem nunc primum disposuit; ut unaquæque stella, & quodlibet luminare, suum haberet & servaret motum.

18. Antea, §. 15. lucere, in firmamento cœli ipsis fuit in-junctum; sed nunc insuper posuit eas, ipse Deus, in firmamento cœli. Illic intelligi poterunt Fixæ, communem ætheris firmioris limitationem habentes, æquali à terrâ altitudine: hinc verò *Luminaria* magna, & stellæ (quæ illorum in motu varietatem, quodammodo imitantur) etiam positæ sunt.

19. Nunc inter alia positum est id luminare quod diei præest. Sol nimirum positus est. Sed ad quid? ad id, quod nunc observat. Observat inter planetas medium quoad decursum periodi suæ: observat ex altitudinis gradibus itidem medios inter Lunam & Saturnum.

20. Saturno quidem, ut sublimiùs lato ita & tardiùs moto: illâ contrâ uti inferiùs ita celeriùs progrediente: Sol medio loco mediâ temporis quantitate absolvit periodum. Planeta namque summus 30. annis: sequens 12. annis: Soli proximè superior Mars, biennio, motum periodicum absolvunt.

21. Si jam *tribus quartis anni partibus* Venus; dimidio anno Mercurius, decurrerent circulum: uti quidem *unâ decimâ tertiâ anni parte* ipsa inferior lata Luna absolvit. Effet fermè relatio ad invicem.

22. Sole quippe periodum absolvente tanto temporis spacio, quanto annum dimetitur; Hinc duplò Mars: Hinc iterùm sextuplò tardior est Jupiter. Hunc verò, plus duplò, tarditate sequitur Saturnus.

23. Sed cum Eorum quæ *supra* Solem sunt Inferior, sextuplo prævertat motum proximè superioris: itemque *sub* sole Inferior plus quàm duodecuplo prævertat Solem & plus quàm sextuplò Mercurium sibi quandoque propiorem quandoque remotiorem.

24. Igitur alia differentia motûs & absolutionis periodicæ causa excogitanda erit, præter eam, quæ sublimitatis gradibus distinguitur (juxta th. 18. *diei secund.*) in æthere magis vel minùs solido, minùsve vel magis fluido.

25. Proinde diversæ, lucis planetariæ, compositioni, unâ acceptum erit ferendum quicquid Venus tardior fertur Soli, si tardiùs absolvit perio-

perio-

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs, with some lines appearing to be numbered or sectioned. The ink is very light and the paper is aged and yellowed.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs, with some lines appearing to be numbered or sectioned. The ink is very light and difficult to discern against the aged paper.



periodum. Itemque Mercurii per perigæos apogæosque circulos latio, hosce conceptûs exposcit.

§. 26. Et siquidem, *differentiam* materiæ adesse Planetis, ipsa LUNA inculcat (§. 11. seqq.) consequenter *eandem* inter alias speculari poterimus.

27. Docet verò Luna id, cùm, quod Solis radios nobis intercipientis Eclipsin causetur: tùm &, quod luce ad eò non fulgeat, nec oculos prohibeat aspectu; ac facit Sol.

28. Magis verò idem de Lunâ docetur, per diversissimum (*à Solis*) eidem assignatum *Objectum*: nimirum, ut illa præflet Nocti §. 12.

29. Nox & dies toto cælo differunt, veluti contraria: nec ullo modo conveniunt. Sicuti verò Sol ex diei constat materia, itane quæso Luna constabit ex *materiâ* noctis?

30. Obstat quo minùs hoc statuamus: quia *eadem*, si foret non-expansa; nullatenus lucem propagaret vel reflecteret; si autem expansa, tunc eadem esset cum firmamento: at verò hîc luminaria tanquam entia à firmamento diversa, in eo ponuntur.

31. Restatque ut per consequentiam. §. 30. 31. *diei secundi*, dicamus portionem terræ expansam in lunæ sphæram cessisse. Et sicuti die primo terra, præsertim superior, lucem sibi confusam habebat: ita eandem lucem inferiorem nunc quoque ipsi corpori lunari insitam (esse seu) mansisse. *Repete* §. 7. 11. 13.

32. Postulato hoc concessio & supposito, constat regimen ejus in noctem; patet divisio tenebrarum: concipitur modus quo frigus ad vel à polo versare conjecturatur; innotescit oppositionis inter Solem & Lunam, ratio.

33. Luna nimirum identitatem materiæ cum terrâ habens, æquè sequacem sibi obtinet terræ materiam sublimatam; ac Sol lucem irradiatam terræ, & abin reducem: æque frigus diriget; ac Sol infert calorem, hic summus; illa in summo (respectu nostri) materiam frigoris habebit, cui præfit.

34. Luna ideò inferior fertur, quia inferiorem lucem continet; quia item ex imo constat, juxta Statum §. 31. *die secund.* allegatum, illaque imis, ad terræ umbram, noctis tenebris dominabitur, dividetque Noctes, pro variis suis, ascensionis & Phasium, differentiis.

35. Luna ad Capricornum declivis, nil frigoris ad nos penetrare facit: *medium* inter frigus & calorem *austri* æstivis tam diebus quam noctibus *afflant*.

36. Novilunio & Plenilunio; cū, lineis ad terrā directis, eadem hæc à Sole feriat: illo præsertim lunaris laminationis defectus est; hōc ejusce & virtus: ante hoc densabuntur *tenebræ* propulsæ; post verò hoc & illud retrò-sequentes, rariores erunt: mediis Phasibus, *medio se habebunt modo.*

37. Consimiliter etiam reliqui Planetæ ad solem relati, conjuncti vel oppositi fortiùs impriment, quàm trigono quadrigonove. *Rationem repete ex initio §. 14. & fine. 15.*

38. Non equidem posita sunt ut invicem; sed ut terram illuminent: ut lucerent super terrā. Exemplum sit in Lunā, eam putantes nullo alio quàm illuminationis modo, inferis præesse; ità quidem ut luminis aversione infra se colligat umbras & pedetentim revoluta pone sui, à sole averfam, partem, *tenebras* sublimatas & quasi semi-expansas ad polum divertat pro materiā futuri frigoris proximā. Hæc quidem etiam primi Elementi Materia in & cum vaporibus elevata; itemve inter perpēdiculares Radios sublimata, vi caloris in medio præpollentis, ad latus alterutrum secedit; laminationibus dicto modo di rigentibus: Vicissim Plenilunio (sole peregrè distante) inde *depromptis* in penetrabile Frigus.

39. Proque vel altitudine descensioneve, vel illuminatione nascentia terræ variare dicuntur augmento & qualitate. Et probabile est, Lunam, propter Identitatem Materiæ, terram alterandi vim habere; ad vegetabilium nempe, vel etiam vermium, augmentationem promovendam.

§. 40. Movetur *illa* insigniter magis, lationis progressu; uti massanivea in globum voluta major, magis etiam movetur de loco: *circa centrum* proprium verò tardiùs. Et, si Jupiter quatuor vel 5. horis *circasuum* movetur; hæc vix duodecim circumvolvitur.

§. 41. An extraneam lucem non modo reflectat; sed quoque in se recipiat, & nunc abundantior luce, nunc minus? anque propriā luce, in aëre aliam terræ propiorem alteret, ad subeundam tenebrarū mixturam? Quæstiones sunt altioris indaginis.

§. 42. SOL circa proprium centrum, æquè ac Fixæ lucentes, rotatur velocissimè, & ipse lucens: magis liquida scindit æthera. Lucem hanc mobilissimam æther instantior cingit; per hunc circumprementem, reversuræ ad solem luci, viam aperit Mercurius, ex æthere molliore luceque, constans æqualiter,

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines across the page.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs, with some lines appearing to be headings or section markers. The ink is very light and difficult to discern against the aged paper.



43. Sol effundit lucem & recipit; fontis instar: & uti rivulos mare. An verò sic per vias lacteas? maneat in suspenso.

44. Sol sui similem materiam divisam & in *particulis* existentem, per aërem dispersam invenit; *quæ* serie rectâ ad terram, sub isto juncta impelluntur in radiationem.

45. Radii Atmosphæeræ immixti densantur: præsertim ubi perpendiculariter magis irradiantur terræ.

46. Concentratio radiorum per vitrum, exempli vel similis loco expendi poterit. Visûs tactûsque fide adhibitâ: videlicet quod tanto minor umbræ area æquè omnes radios contineat, quàm quadruplò vel ampliùs major perspicilli circumferentia, per omnes diametros proximè sibi adsitis poris, lucem permittit.

§. 47. *Expansum* iis æquè ac omnibus cœlestibus adesse repetatur ex §. 1. 13. 31. 32. *die secund.* Ob quod ampliata Solis particula: vicissim contrahi & concentrari possunt in se ipsas: quælibet particula in se ipsâ omni suâ quâ constat materiâ minorari: quilibet adeò *globulus* concentrari ad minorem & momento ad minimum. A minimo vicissim *majorati* globuli: idq; vel ab humido mixtionis; vel, tendentes sursum & repetentes statum locumque sibi proprium *in motûs* circularis perpetuitatem. Si quâ dein iterum à Sole feriuntur, eundem *rectum* & ad centrum Macrocosmi directum, nanciscuntur.

§. 48. Divisio prima in Luce cœpit; ultima eadem in Luce finit; & *particulas* radiorum, ob id, quod adeò mobiles sunt & ita reflectuntur, rotundas reputamus. Inque his est ultima Lucis divisio. Unus globulus nequaquam dividitur in duo hæmisphæria: Verùm in minorem minoremque ad huc, redigitur; & magnitudinis gradibus vicissim reassumptis, redalteratur idem ad sui expansum.

49. Minorati ad extremum globuli *atomorum* nomine venient *ignearum*, solæque hæ sibi vindicant magnitudinis inferius extremum, seu oppositum, nempe *minimitudinem*; sicut contra Aquæ supra-cœlestes maximam extensionem nactæ sunt.

50. Præmissâ doctrinâ de Igne, quam Philosophus per ignem talis, prodit, addimus: ex atomis igneis meris & impermixtis nil componi, nullam confieri lineam, cujus partes sint absque motu. Si quis contrarium evicerit; respondebimus argumentis contra existentiam Atomorum afferri solitis.

Ad

Ad Opera quinti Diei & sexti.

Sic & Cœlo ultima manus imposita fuit, Terrâ quidem etiam existente perfectâ. Et positâ jam materiarum *formalium* varietate: positâ insuper earundem *activitate*, per lucis peculiarem pro ornatu cœli factam instructionem, *excellentiore*; in mixtis distinctis itidem differente. Idque in mixtionis diversitatem. Positis in superficie terræ herbis, quippiam vitæ analogum præ se ferentibus, dum NATURA ad tot species universali Dei jussu & in tot terræ nascentia limitata fuit; ad hunc, verbi gratia, & non alium colorem, figuram, magnitudinem, has vel illas sui partes efformans: Particulas sibi idoneas per & cum aëre aquâve; à Sole, ex æthere, perque terram omnis generis, unâque ipsas *terreas* per aërem, suppeditatas ita *principiis* seminalibus ceu spiramentis *dirigit* Motûs, itidemque quietantes limitat, ut hunc talem & tantum fibrarum textum & dispositionem exhibeant.

2. Insuper Deus constituit hæc tunc existentes motuum & activitatum differentias peculiariter determinans, idque *motûs* inde *vitalis* dicti novum, *principium*. Non quidem per fiat neque per fecit: multò minus per jussum alium ut *ψ. 10. 11.* sed per *Id creavit*.

3. Equidem Sole cum reliquis luminaribus adornato. Positâ ad futuras novas Creaturas aptitudine; istiusmodi unâ assumit, mediâ tē adeò acturus Creator, quando jubet * aquis producere reptile animæ viventis: Qui & jubet pariter volatile versare vel volitare super terram sub firmamento cœli.

4. *Aqua* quidem motui recipiendo vel admittendo aptiores; ac ipsa terra: multoque adhuc promptior Aër; Producat Hic corpora quorum structura ad volatum apta sit: Itemque *illa* continentes variarum materiarum corpuscula perque hæc, varias qualitates; Ex illis igitur inter se mixtis inque diversa corpora redigi aptis, *producant* subjecta animæ viventis quam jamjam ipse creo vel creabo.

5. Et creavit Deus, vel quod festinantiùs & magis necessariò connecti videtur, * creavitq; Deus (præsto existente materiæ dispositione pro corporibus) Cete grandia, Magnificentia specimen!

6. Hâcque ipsâ & eâdem Creatione Omnem Animam Viventem & motabilem; quam produxerant (nota hîc signum distinctionis) aque in species suas: ¶ & omne volatile secundum genus suum, & vidit quod esset bonum.

7. *Aquæ*

7. Aqua p... (faint text)

8. Eodem modo... (faint text)

9. Eadem... (faint text)

10. Eadem... (faint text)

11. Eadem... (faint text)

12. Eadem... (faint text)

13. Eadem... (faint text)

14. Eadem... (faint text)



Dei Opera quinti Diei & sexti

Dei Opera... In die quinta... In die sexta...
1. In die quinta...
2. In die sexta...
3. In die septima...
4. In die octava...
5. In die nona...
6. In die decima...
7. In die undecima...
8. In die duodecima...
9. In die trigesima...
10. In die quadragesima...
11. In die quinquagesima...
12. In die sexagesima...
13. In die septuagesima...
14. In die octogesima...
15. In die nonagesima...
16. In die centesima...
17. In die centesima...
18. In die centesima...
19. In die centesima...
20. In die centesima...



7. Aquæ præsertim (uti ex §. 4. constat,) possidebant *πνευματικὰς* A; & mediante QUA jungi & ædificari Corpora poterant; produ-
ctaque sunt & stetere parata ipsi Animæ inter se distribuendæ. Deo
insuper examussim quasi eadem adaptante.

8. Eodem modo existit volatile omne juxta genus suum. Parte
nimirum medii interaquei inferiore seu aëre: hujusque *potissimâ* aquâ
expansâ, adeptâ utrumque formale; adeoque se jussui divino obedi-
tissimum præbente, eademque, quia idem-cum aquâ, eodem partici-
pante.

9. Et vidit Deus quod esset bonum: at vitæ terminum prævidens
futurum magis minusve brevem; exin, quod hominum imperio subdi-
debant. * Illicò benedixit eis dicens; crescite & multiplicamini &
replete aquas maris: avesque multiplicentur super terram.

10. Et ecce! *motus* macrocosmici naturalis discrimen: prima no-
tio (quæ erat per τὸ manè & vespere, & postea per diei Præsulem evi-
dentior) etiam in hisce, altiori licet Motus Principio instructis, aliter
obtinet: aliterque adhuc obtinebit in sequenti die 6^{to}. condendis
creandisve. Saltem quoque nunc, hâc vice, ex vespere & manè factus
est Dies Quintus.

§. II. Sexto die jussus consimilis datus est terra, quæ ante jam erat;
sed imalatebat, nunc Dei voluntate adæquat aquas suâ in liberum aërē
exstantiâ. Illa etiam super se habebit Corpora *animâ* vivente prædita:
Et quandoquidem jam tùm eandem hanc, quam pro aquatilibus ψ. 21.
creavi in se recepit; * producat *illam viventem* (ita jubetur à Creato-
re) in genere suo &c.

12. Nunc inquam, producat Hæc, (formationes corporum diversi-
modè efficiens per variam *animæ* viventis, quam omnem & pro tot be-
stiis sufficientem præcedente die nacta est, *activitatem*) jumenta & re-
ptilia & istiusmodi bestias terræ secundum species suas: *factumque*
est ita.

13. Vidimus die tertiâ, quantæ promptitudinis ipsa terra compos
fuerit, ope variarum, materiæ utriusque formalis differentiarum. Nunc
& idem testatur in exequendo sibi demandato; Cum quidem æque
ac Aqua (partem) animæ viventis haberet: ut propterea ipso jussu ad
terram facta, etiam ab ipsa terrâ factum sit ita

14. Attamen etiam fecit Deus bestias terræ juxta species suas, &
jumenta. In horum, exempli gratiâ, corporibus, bone Deus! quot

E

par-

partium differentia existunt: Cartilaginum, ossium, musculorum: fibris distinctis, ad diversos adeò motus, contrahentibus: nervorum distributione unicuique suum tribuente. Ossium inflexibilium pro motus animalis varietate distinctim factis figuris; differente soliditate, Concinnâ situatione, magnitudine &c.

Sensus, per mobile & tensum, exteriores interioribus comunicant, membranis fibrisque; vel *nervorum* mollissimis *medullis*, quibus *principium* motus corporeum sive materiale (insuper ab anima determinatum indeque spirituum animalium nomine gaudens) dirigitur & dispersitur ad motum cordis indefinenter concelebrandum in exercitium interiorum sensationum; proque viribus sustinendis: tum & sustentandis facultatibus nutritioni praesertim dicatis, simulac multiplicationi speciei tenerae, etiam ibi augmentationi necessarias: Ipsisque adeò animae potentiis, Phantasiae, Memoriae, Imaginationi inservientibus: unâ cum aliâ materiâ nervos & membranas constituyente.

15. En! quod, ibi in aquis Cete grandia, praebant miraculi, primitus, uno creationis momento, existentes tanti: id nunc magis tale existimandum est, ob tam variam & stupendam partium fabricam & ordinationem. Idque non tam ex mole totius; quam ex dispositione partium uniuscujusque ad aliam & vicissim ex amussim inter se conferentium ac quasi consentientium in obsequium animae *adultioris*; & propter sustentaculum sui corporeum concinnius fabricatum, itidem nobilioris: ut exempli causa in Mure æquè sit miranda natura ac in Bove; si non magis. Sicuti parvum horologium aestimamus majoris esse ingenii, quam magnum.

16. Uti quidem illic *ψ.20.* in aquis intelligitur omne vivens, omne motitans nullo excluso reptili animae viventis: istuc omne quod volatile est, ut scarabæi in fimo vel in terrâ, delitescentes quidem, tamen quia volatile est vel reptile (si non repens) hoc vel illud insectum, hinc unâ quoque intelligi debeat, & ideò muscæ, bombyces &c. nequaquam eximendæ: Quin imò hæ ipsæ eximium terræ obtinent in acutum sui aculei, pro sublimi cælorum in dulce condimentum defigendo.

17. Itâ hinc à Jumentis, Elephante, Camelo &c. usque ad reptile terræ, exiguumque quemvis vermiculum; species omnes generaque singula à terrâ producta sunt: jussu quidem & opere divino. Magis verò Deus concurret ad perfectiora quæq; quam ad minus talia: quippe ad quæ, vel mediatè, vel immediatè producenda, pro re natâ, erat instructa ipsa Terra cum sibi adjunctis.

18. Et

Die 6. ...

17. ...

18. ...

19. ...

20. ...

21. ...

22. ...

23. ...

24. ...

25. ...

26. ...

27. ...



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs, but the characters are too light and blurry to transcribe accurately. Some faint words like "et", "quod", and "quoniam" are visible.



18. Et vidit Deus quod esset bonum! sed an melius quid: an optimum forsitan superlatum adhuc; Sic, est & sequentibus recensetur versiculis, quid illud? Est quando Deus ait:

19. *Faciamus hominem &c.* & creavit &c. Illic ψ . 1. creavit ψ . 3. 26.
fiat ψ . 6. & 7. fiat & fecit, ψ . 9. jam facta ad subordinatè faciendum disposuit ψ . 11. jubet iisdem producere ψ . 14. & 16. fiant, factum est ita, & fecit; hujusmodi nempe omnia perfecit vi & conditione materiæ in id dispositarum.

20. In varietatem rerum & ad delectationem, quando aded quidem ludit Sapiencia æterna, ad creavit magnis mundi inferioris partibus, novum & immateriale motus Principium, eoque vel inde participare voluit aquam, aërem & terram; huic quidem (hoc præsentè sexto die) dato jussu; ut producat Animam Viventem in genere suo, etiamque factum est ita & fecit Deus. *Conf. præced. §. 14. 15.*

§. 21. Jam modo ipsa Terra, quod in mandatis habebat executæ est: nil, juxta concessas vires, ipsi restabat obsequii. Quod acceperat, id omne rependit. Nullatenus ad novum obligata expensum. Et ait Deus: *Faciamus hominem &c.*

22. Hoc tertium in sextiduo creationis variabile; & intenditur Opus, ad quod nullum creatorum activè debebat concurrere vel ministrare,

23. Hoc opus reliqua priora excellet; nomen ejus ordietur ab aleph finietque; participabit ab α : reapseverò erit ad imaginem Dei ejusque similitudinem.

24. Sicut Deus præest omni in universum Creaturæ; ita nobilissimum hoc, inter creata reliquis præerit viventibus à maximo inde usque ad minimum: nimirum & reptili quod movetur *in* & *intra* superficiem *terrae*.

25. Deliberatione quasi factâ, ipse Deus, in Pluralitate sui, creavit 27.
hominem ad imaginem (& similitudinem) suam. Et reverâ quod præsumperat, idem & *in eo* perfecit; ad imaginem Dei creavit eum: & expressè in hac animalis specie divinitus & cœlitus oriundâ, duplicem sexum constituit: huic sexûs differentiæ strictiùs alligavit perfectissimæ hujus speciei propagationem: masculum & foeminam creavit illos. Diminutivis complacentia subinnuitur.

§. 26. Dicit quis, benè nunc sunt homines, homo jam creatus, isque eo die, quo animalia terræ, mas & foemina creatus est. Deinde

(cap. 2. sc.) postquam (juxta versum eius primum) diem septimum sanctificasset, creavit hominem ex limo terræ; eumque appellavit Adam & ipsi concessio somno, ex costâ ædificavit fœminam. Ergo sunt Præ-Adamitæ.

27. Respondemus esse ingenii abusum æquè vel magis ineptum ac ille supra allegatus (circa ψ. 1. & dein ψ. 2. *Capitis præsentis physici*) dissensus. Ergone etiam non fuit virgultum in terrâ post, vel, ad diem nunc numero septimum!

28. Circa humanam speciem rerum reliquarum dominatricem, dat natales cum circumstantiis. Idcirco si velimus (comparatione inter hæc priora *Geneseos capita factâ*) statuere in *Primo* existentiam Operis superficialiò relatam, Et dein Caput 2. prolixius descriptum esse modum, mediante quo, Res ad existentiam superius nominatam, deducta fuerit, bene quidem. Cœterum hauriemus ex puteo non veritatem cœlicam: non aquam viventem; sed stygiam & lethalem.

29. Caput primum absolvit omnem *Geneseos* historiam. Et *Physicus* solidum in *Scientiâ* suâ sibi locaturus fundamentum, non necesse habet in *Bibliis* exspaciari amplius; quàm quò se limites extendunt *Capitis primi*.

30. Id impræsentiarum monemus: quod, si quis admiserit versum primum ponere quippiam præter *id*, quod versu secundo *specialius* recensetur, is quasi ad Præ-Adamitarum assertionem, ansam (genio abutendi) præbeat.

31. Igitur utique tantum distinctionis importabit versus secundus relatus ad primum & vicissim: & inter capita *Bibliorum* bina priora; & versiculos *capitis primi* binos priores vice pariter obtinebit versâ. *Quantum quidem* in *comparatione Capitum*, primi ad *secundum*, & secundi ad primum, *attinet creationem hominis*.

32. Pergitur sequentibus, post *primum capitibus* in recensendis prolixius iis, quorum cognitio humano ingenio vel industriâ acquiri seu agnosci non poterat. Se ipsum enim naturaliter nosse in quantum extenditur! Taceo *notitiam* & præsertim Dei *Voluntatem circa Animam*, quæ unicè revelanda manebat. Indeque de *Hominum propagatione* in cap. 2. & seqq. ita quidem; ut, quid materiæ Deo pro *Corporibus* infervierit, fusiùs præmittatur: Quomodo, sexum quod attinet, fœmina ex corpore maris, ut deinde *Mas* omni ævo nasciturus in & ex (ratione materiæ potioris) corpore fœminæ produceretur; egregiâ rerum vicissitudine!

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

MELETEMATA

DE NATURA

[Faint, illegible text at the bottom of the page]



17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100



§. 33. Animam in Operatione seu relatione ad Corpus attinebat Benedictio illi a quatuorlibus & volucribus *ψ. 22.* Hic * terræ bestiis & homini communis, communem quoque multiplicationis modum innuit.

28.
& seqq.

34. Ad verò humanæ speciei propagationem notandum: Prout, corpori efformando, Deus ipsemet operando concurrat (quod ne quidem animæ viventi in bestias terræ distribuendæ factum est) ita consequens est; jussu benedictentem ad Traducem Animæ rationalis efficaciter & specialius præsentem esse hodieque, & in omne ævum futurum, extendi. Hocque verè divinum cogitationis *principium* immateriale *Naturalia* dirigens, potentiis materiæ adistere & unà cum iis multiplicari; pro quidem ipsâ bonâ Dei dictione & voluntate.

35. Hominis ergò cuncta creata sunt. Hominis alimentandi ergò, cuncta, ad sufficientiâ ipsi multiplicantur terræ nascentia, & super & ponè terram viventia. *Quem* maxima cete mole suâ: quem Halices parvi, numero suo; tractum aliquem maris quotannis replentes, *usum* dent hominibus. Non est quod hinc dicamus.

29.
30.

36. Falcones per artificium assuefacti, inserviunt Magnatibus, ut in alto volitantes (ardeas) quascunque velint sibi sumant; eo modo huc servato, divinitus dato, privilegio.

37. Hominibus creatis, iisque multiplicatis, quod dixit: dicitque adhuc per suos Oratores, quàm benigne dederit omnem herbam &c. in escam; si quâ venenata sit hæc vel illa, præstò est alia contra hujus vel illius noxam Alexipharmaca, per hominum doctrinâ dignoscendâ Materiâ (medicâ.)

38. Terræ item nascentia & cunctis animantibus terræ in escam cedunt, & universis quæ moventur in terrâ, in quibus est animæ vivens, & factum est ita; & hoc modo & tempore Homo, pro Imagine Dei quâ pollebat, non abutebatur hisce donis. * Viditque Deus cuncta quæ fecerat & erant bonâ valdè & * factum est vespere & manè *dies sextus.* *Satagimus vunc hinc sequi Rivulos per*

31.

MELETEMATA:

Primum

DE NATURA.

()

Thef. 1. Natura est *Principium* Motus & Quietis.

2. *Illud*, sicut motus animadvertitur perpetuus,, uniformis, uni-

E 3

versalis

versalis in firmamento, quem & ipsum motum sequuntur omnia, quæ in & sub eo continentur à terrâ elevatiora: ità Principium (& causam) iste (motus) habet perpetuum & immutabile, & non tantum à Sensu; sed & ab Intellectu nostro, remotius.

3. *Motus* verò, qui naturas varias & particulares distinctim instruit, & cum differentiâ; attendendus venit hîc in definitione *natura*.

4. Quæ ipsa à *naturante* ità instructa & universo data, ut universis & singulis sufficeret naturis inibi existentibus; sibi deposcebat Principium pariter universum: pro Universi nimirum informatione.

5. Per Universum denotatur omne quod Cælo & Terrâ continetur: exceptoque hîc utroque cum Materiâ & Medio; *contenta* reliqua, Compositorum & Mixtorum nominibus, venient.

6. Eorumque deinde, *cælestium* quidem & terrenorum, variæ reperientur differentiæ, distinctæque species.

7. Cælestibus namque *plûs* motûs, terrestribus verò *plûs quietis* participantibus.

II.

De Formis per motum existentibus.

Sicut hæ (formæ) quæ corporibus cælestibus largiuntur id, per quod sunt cælestia.

(2.) *Nixa*, præsentis, in, per & sub *materiâ* LUCIS; divisæ, *expansæ*, elevatæ: & in tot, magnitudine, motu & fulgore variantia corpora, dispositæ.

3. Adhæretque eidem huic corpori; vel corporis parti (corpusculo) principium motûs; vel, inquam, *hec* lucis materia, omnibus quæ (in vel) sub Cælo sunt & moventur, principium motûs largitur.

4. Adeò enim cuncta in Cælo aspectabilia in quantum se movent, id unicè Luci acceptum referunt.

5. Excluditur hîc motus perennis firmamenti: quippe quod cælum non se movet ipsum; sed movetur.

6. Intelliguntur autem Sol, Luna, Planetæ, & Stellæ fixæ.

7. Hæ scilicet quamvis fixæ dicantur in comparatione ad vagantes: progressivum tamen motum, proprium obtinent, simultaneum; aut tardiolem: circa centrum quæque suum, licet celerrimum.

8. Planetarum verò quilibet suum sibi peculiarem & insigniorem, magisque varium habet ascensionis descensionisve motum, progressu & circa proprium centrum rotatione, itidem differentem,

III. De

De fidei pro quibusdam conditionibus

13

De quibusdam conditionibus fidei... quibusdam conditionibus... fidei... conditionibus...

1. De fidei... conditionibus... fidei... conditionibus...

2. De fidei... conditionibus... fidei... conditionibus... fidei... conditionibus...

3. De fidei... conditionibus... fidei... conditionibus... fidei... conditionibus...

4. De fidei... conditionibus... fidei... conditionibus... fidei... conditionibus...

5. De fidei... conditionibus... fidei... conditionibus... fidei... conditionibus...

6. De fidei... conditionibus... fidei... conditionibus... fidei... conditionibus...

De fidei pro quibusdam conditionibus Principia inter IV.

De fidei pro quibusdam conditionibus

Principia

De fidei... conditionibus... fidei... conditionibus... fidei... conditionibus...

1. De fidei... conditionibus... fidei... conditionibus... fidei... conditionibus...

2. De fidei... conditionibus... fidei... conditionibus... fidei... conditionibus...

3. De fidei... conditionibus... fidei... conditionibus... fidei... conditionibus...

4. De fidei... conditionibus... fidei... conditionibus... fidei... conditionibus...

5. De fidei... conditionibus... fidei... conditionibus... fidei... conditionibus...

6. De fidei... conditionibus... fidei... conditionibus... fidei... conditionibus...

7. De fidei... conditionibus... fidei... conditionibus... fidei... conditionibus...



Cap. I. *[Faint title]*

[Faint, illegible text in the upper section of the page]

De *[Faint title]*

[Faint, illegible text in the lower section of the page]



De formis per quietem existentibus.

III.

Hæ quidem nullis competunt uniformiter & absque vicissitudine, præterquam terræ: & quicquid *tenebrarum* in eâ relictum est & super abyssum defixum; hoc in omne ævum remanebit immotum.

2. Hæ igitur, eo loco intellectæ, Telluri largiuntur id, per quod est

3. Per quod nempe cœlestia sibi assumit ad corporum *in se* generandorum mixturam; vel *ex se* germinandorum, diversas species; vel *super se* movendorum: accedente quidem animâ, ad hos, vel pro illis, addito peculiari Dei jussu; varias exhibet Naturas PARTICULARES.

4. Quæ quidem totidem genera: unicujusque generis tot species, constituunt, distincta quæque & ab invicem.

5. Sicut verò à terrâ est id Principium, quod *omne* figit absolute *mobile* ad quippiam *conditionatum* & mixtum.

6. Ità sola Terra ope & radice hujus Principii, ipsa immota stat perpetuò, sive quietem habet proprium.

7. Adeò ut nunquam terra moveatur in universum & quoad omnes sui partes simul.

De Formis per motûs & quietis Principia inter se proportionata, ad unum constituendum mixtis.

IV.

Hujusmodi INFORMANS, Naturæ nomine communiter venit.

2. Et in varias iterum modos distinctum exstat.

3. Quibusdam de quiete magis; aliis de motu participantibus: aliis intermedio modo se habentibus.

4. Quietem magis communicant, & Motum in summo duntaxat tarditatis gradu obtinent ipsa, *qua* talia, quietis Principio *propiora* existunt.

6. Quietis Principium intelligitur hîc universim spectatum, uti dicitur tale respectu totius mundi.

6. Et Locus eidem proprius simul indigitatur, in & ex quo nimirum, sibi sociatum Elementum (quasi deformat: verum comparatè ad reliqua *ἐν τῷ κόσμῳ* existentia) reverâ informat.

7. Et *hinc* loco, quæcunque materiæ, à terrâ & tenebris diversæ,
pro-

propiores existunt; *Quietis* principio magis participes intelliguntur quàm motus *Principio*. *Iuxta thes.* 4.

7. Sunt istiusmodi: omnia terræ abdita mineralia; varii succi, Salini, esurientes acidi; sulphura fixiora quæque, & in mixtione metallorum firmitus compacta &c. *huc pertinenter.*

§.

De Alkali & Acido.

9. Si globuli lucis non concentrati; sed aliter densati existierint, partem salium constituunt.

10. *Globuli* minores, compressi, acedinem exhibebunt majorem; non nisi à materiâ *detenti* intensiorem; *sublimioris indolis*, vehementiorem.

11. Idem quò magis ad atomèitatem (liceat ità loqui) accedunt; igneum magis præ se ferunt.

12. Cuspidati verò, ità potente materiâ primi Elementi) vel ab utrâque parte scindentes redditi; Acidum exhibent, hoc magis tale: illud, Salinum magis.

13. Et hætenus præter materiam quietis, non tam terreas; quàm aqueas partes habuerunt habentve admixtas.

14. Si globuli minores *terræ juncti* fuerint, (*quæ* namque portunculas Lucis non-expansæ referat;) Alkali constituunt, tantò acrius, quantò ipsi minores.

15. Minoribus, itemque sublimioris loci proprietatem gustui referentibus, si junctæ fuerit, ex opposito inferior primi Elementi materia absque æthere admixto; acerrimum & ferè venenum est: si verò alterata fuerit, tunc idem penetrantissimum quidem; at minùs lethale.

16. Conceptus *thes.* 14. expressi Ratio, in eo sita est. Quod nempe, si obtineri debent minimi, vel (hîc) minores saltem; necesse est, ut vel à sole irradiantur in angustum: vel, sub ignis flammâ cogantur arctiùs instrumento quocunque. Et hætenus quidem semper in *motu* sunt, *sibi* quidem *alieniore*; cujus efficiens seu causandi respectus si variet, eadem particulæ lucis minoratæ & magis igneæ, momento quidem motuque *proprio* igni competente, & sursum feruntur & ad expansum alterantur.

17. Si verò in minoritate suæ extensionis (quousque eadem concipi potest, vel minùs) retineri debent & servari hoc sui Statu, necesse est, ut combinentur *materia terræ quietanti*; hæc verò luci contraria & igni

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a formal document or letter.



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



& igni cedens *persuadet* ipso eo, quo compertum est, igne vim t^u alcali intendi, *aliam* mixtionem, quâ expansa lux hæreat densata.

18. Est verò illa, quæ ducitur simili, & identitate suæ materiæ nititur: tunc enim, simile non expellit simile; sed, heterogenea saltem separat.

§. 19. Si materiæ Alkali constituentes moverentur semper ipsæ: & si materia in acido activa, *quam* primi elementi intelligimus; sed disjunctam, rarefactam ex raro & ferè expanso *redensantem* & ad pristinum ceu proprium sui Statum renitentem. Quâ sui latione in macrocosmo lata, frigus exhibet. Si, inquam, materia in acido activa jam tunc, quietis intentæ & competentis terminum affecta sit: non exeret qualitatem seu virtutem, quæ per acidum intelligitur sensuum memoriâ.

20. Et illa, *alkali* suum â salivâ solutum præbens, si *quando* expansa fuerit, non habebit decantatam calidi operationem: nec desideratam, in purgando, mundando &c. acrimoniam; sed emollientium instar, blandius aget.

De mixtis eorumque formâ, motu excellentiùs præditis. V.

Talia sunt (1.) quæ altiori loco appertinentia sunt, & in sublimi suum receptaculum agnoscunt.

2. Agnoscunt verò ob identitatem materiæ suæ, inibi existentis, exempli gratiâ, Ignis, quem ex materiâ lucis derivamus.

3. Itemque illa quæ superiora petunt, ob formæ suæ cum iisdem identitatem.

4. Cujusmodi sunt ætherem sibi admixtum habentia & propterea levia: fumus vapor ex aquâ terrâve, naturâ vel artificis foco, elevati: item plumæ.

5. Cœteraque in sublimi mota: ventus, fulgur, tonitru, nix, grando, pruina, ros &c.

6. In quibusdam eorum prævalet vis deprimens: in imbre frigido, grandine item, vehementiùs; vehementissimè in fulmine, siccis extremis quippe fortioribus: In pluvîâ verò & nive præsertim, itemque rore, remissiùs.

7. In quibusdam, calor & vis elevans potiores obtinet partes, pabulante ad diffusiùs, igne; superanteque consimili in materiâ quâcun-

F

que

que, vel etiam loco, exempli gratiâ; nubibus discussis & in pluviam non decidentibus.

8. Quandoque utraque vis seu tendentia de victoriâ quasi certant: ventis ante & post hyemem, *quietantem* à polo præ se ferentibus; Soleque sui simile aëri admixtus, in obsequium circuitûs concitante.

9. Venti etiam extraordinariò veniunt ex aliis quàm inde locis; è profundis nimirû *per* terræ superficiem vel *mare* ascendentibus tempestatum occasionibus.

VI. *De Mixtis medio, inter motum & quietem, modo se habentibus.*

§. 1. Qualia sunt, quæ in medio & æqualiter (& ad proportionem potentia; non ad mensuram altitudinis & profunditatis) ab utroque distantia loco, reperiuntur.

2. Et Terræ-nascentia dicuntur, nascendo etenim initium, augmentum: & denascendo postea decrementum sibi sumunt.

3. Incrementum nanciscuntur *proserpente* ad solem adsurgentem, *materia* p.e. Utrumque Principium alternatim agit, repatitur; patitur & reagit.

4. Alimento verò deficiente: itemque irradiationis calore nobis subtracto; marcescunt & quasi emoriuntur plantæ.

5. Vegetabilia terrâ radicanur, & extrâ ejus superficiem ut plurimum in aërem exporriguntur.

6. Terrâ ipsis figens expromente; cælo autem concedente figendum.

7. Per Continuitatem & Mixturam cum terrâ, obtinent figens: fixum sibi habent ex lucis cœlestis particulis per aërem dispersis; & vel irradiatione, vel flatu, vel pluviâ, tenellis germinibus, vel radici admotis.

8. Semen quidem antea terræ concreditum, *madorem* & *siccam* folis vim per vices experiens; adeòque *illo* imbibito: per hanc, ad motum sollicitato spiritu feminali, spiramenta dat & recipit, juxtaque positis particulis, fibræ constituuntur; per quarum tubulos vel poros filtratur *succus* conveniens.

9. Et usque assurgit, admixto cœlesti *promotus* per culmum, æthere mixtionis socio; & obtentâ determinatâ magnitudine, augmenti finis

nis

[Faint text paragraph]

[Faint text paragraph]

[Faint section header]

[Faint text line]

[Faint text line]

[Faint text paragraph]

[Faint text paragraph]

[Faint text paragraph]

[Faint text paragraph]

[Faint text paragraph]

[Faint text paragraph]

[Faint text paragraph]

[Faint text paragraph]



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



nis est, feminis proferendi initium; quodque ipsum in libero aëre formatum, motûs cœlestis clinodium capsulis sibi asservat, maturatumque messem significat.

10. Hâc nimirum ipsâ proportionem formalium variâ, earundemque per diversas locorum proprietates ad superficiem terræ exhibitas, differentiâ; hincque variâ inde à condito mundo existente singulorum seminum actione, succiq; radicalis multifariâ mixturâ; vel differentissimâ adeò motus & quietis moderatione; tot vegetabilium genera & species exhibentur.

De Materiis formas hasce efficientibus, seu motum & quietem in Mixtis, per vices multifariam causantibus.

VII.

1. *Formales* eas inde, & quo sui Statu alterutra propriam obtineat formam, unâ ad significamus: uti è diverso eadem materia, in Statu à forma sui alieno, constituta, nil præ se ferat activitatis.

2. Vidimus & intelligimus quibus macrocosmi locis altera quæ motum habet; alteraque quietem prodens, contineantur: quæque corpora, juxta loca mundi, sortiantur suum esse talibus conditionibus quibus præsentibus sunt.

3. Contulimus extrema, simplicia; mediaque composita lustravimus. Vegetabilia motum quietemve in sui augmentum impendentia: fixa quidem radicibus.

4. Animalia verò motum quietemque obtinent, vicissitudine magis differenti: Multiformes quippe motus suos non principaliter acceptos referunt *materia solari uniformiter principiando agenti*.

5. Inter Animalium species principem locum habet homo. Movetur hic & sese movet, gradibus ad Solis verticitatem & declivitatem nil quicquam variatis.

6. Sol quippe seu præsens fuerit, irradiatione suâ; seu absens: seu actu vertici propior, & magis perpendiculariter radiis suis feriens; seu tropicum capricorni stringens: Variam propterea motui hominis non inducit determinationem.

7. Quinimò sole per tempora *εις (ἐν) ἑαυτῶς* redeuntia, similiter sese habente; motus tamen hominis ad sese & inter se dissimillimi sunt.

8. Pariter æstimandi veniunt Motûs Animalium, gradu quamvis



inferiori & magis corporeo, magis itidem tales, *conf. thes. I. cap. VIII. in fin.*

9. Hi quidem pro diversitate Subjectorum varii sunt & tres admittunt generales differentias; ex locis itidem quibus degunt.

10. Utpote in aquis: pisces; aëre volucres seu aves 3. animantia terræ ab Elephanto cervove usque ad reptile.

11. Ut ad eò hisce super terram mobilibus tribuendum veniat aliud quoddam Principium, quàm Sol & globuli lucis: idque ratione *thes. 6. & 7.*

12. *Anima* nimirum vivens, universali motûs principio naturali in hoc vel illo animantium genere specieve, superaddita: illudque in instrumentum sibi potius sumens pro causandâ motûs activitate.

13. Sicuti verò iidem lucis globuli diversi sunt ex proprietate locorum & *Medii*, per quod irradiati fuerint: ita in diversis diversimodè actiones habent.

VIII. *De Formalium qualitate in Animantibus, ejusq;
per accidentia notione.*

Præterquam quod *media* tria diversa tanquã macrocolmi, tres animantium maximas differentias exhibeant, (*præced. cap. thes. 9. seq.*) juxtaque *hac* Motus differant: Est etiam motûs principium, per alterum luminarium instructum, alterum atque alterum, proque inde mores & humores observantur diversi.

2. Illud quidem in viventibus non tam principium quàm instrumentum audiet: attamen & vicissim animi vitæve mores sequuntur temperamentum corporis.

3. Instrumentum motus in vermibus sub succi serpentis ratione: in ranis, sub ætheris cōtrahentis & expansibilis, admixtâ quidem lunari: In homine verò spirituum animalium nomine, notum est.

§. 4. Nox & Dies prima erat differentia; juxta igitur & illuminationem per lunam factam tenebræ obediunt & non obstant felium noctuarumque visui: luce consimili ex oculis earum radiatâ.

5. Intestina terræ, talpæ, mures; insecta repentia volitantia ve sub crepusculo, vel noctis inter tenebras, imam istiusmodi conditionem lucetenus obtinebunt. Sicuti quidem homo mente comprehendens altissimum: etiam corpore summum (non locum sed loci) proprium obtinet.

Vcr-

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines.

119



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines across the page.



Vermis & homo tanquam viventium extrema sibi opponuntur.

6. Feræ prodeunt noctu, interdiu revertuntur ad densos saltus & in latibula: jumentis quidem tunc ex his ad juga vel pascua ductis, iterumque noctibus hybernis ad stabula actis, etiam quibusdam ibidem saturatis.

§. 7. Aquis inter Lucem & Tenebras mediis; usura quoque vel dici vel Noctis indifferens erit ipsis Aquatilibus: soli quippe sese exponentibus; noctu item, vel, fœlicitus, captis.

8. Discriminantur pisces aquis; Marium, lacuum, fluviorum, plus vel minus profundis, scaturigini propioribus; rapacibus, turbatis, claris, limosis, petrosis: motus celeritate; carnis cutisve duritie tenacitateve, itemq; dignoscuntur colore, magnitudine: tum & ex nutrimenti sui conditione, quale hominibus præbeant, judicatur; & vel magis vel minus salubres per Experimentiam commendantur.

9. Si speluncarum rivis abditis continentur truttæ nigriores, maculis tamen etiam distinctæ; profundiorum materiam referent, ætheremque subterraneum unâ defixum habebunt corporibus.

10. Maculæ viriditate mixtæ & rubedine intensiore variegatæ, in lacertorum, serpentum, bufonum ventribus, conspiciuntur: per umbrarum extimum ipsis intimum, transpirans ad terram; radii inde reflectentes defiguntur alterati ad spiramenti poros. Et quia deprensus prævalet, etiam experitur venenum.

11. Ast illa, truttæ nempe auratæ in dulcibus: platiffæ, scari, in marinis; potiore luce sibi stygiam sursum obtinentes sequacem: propterea igni vitali nocebunt minus; quin exsiccata, insuperque cocta & aromatibus parata, præbebunt nutrimentum.

12. Viperæ reperiundæ in calidioribus regionibus, ubi gas terræ frequentius prorumpere observatur; per eundem *subterraneum* compotes *ætheris* tantò sublimioris; caroque ideo accepta pharmacis.

Bufones combusti pestilentialium bubonum venenum extrahunt.

13. Tincæ, Alburni, aliive pisces lutosis aquis nutriti, cutem glutinosam: peræ squamis obsitæ rigidisque pinnis aculeatæ, calidiore scaturiente nutriuntur.

14. Motu itidem corporis variant pisces & reptilia amphibia: truttis celeri præditis, itemq; lacertis, aliisque citissimè Serpentibus, etiam majoribus. Aliter in mari Afelli; in dulcibus, Lucii, carpiones &c. motu magis minusve tardo, ætheris mixturam & differentiam

produnt : collatis quidem corporis partibus earumque mutationibus.

15. Balænae ludentes reperiuntur ad polum arcticum, præfente ibi sole occasus nescio per menses æstivos; & sic ad eum locum pulso æthere, noctisque tenebris illuminatis: hisque, unà affluentia quietando, ad vastitatem corporis tribuentibus. Inde colligitur axungia crassior & gravioris odoris : summæ classis olea fragrantia & balsamica sunt.

16. *Aqua* fluviatili, alii sunt pisces (minores & numerosiores) in tractu à scaturigine minus diffito: ceu *magis viva* & ad plura viventia sustentanda promptiore: abindè verò remotiore, atque non tam petrae sabulum quàm terram fertilem & lutosam alluente, pauciores; sed & itidem majores. Salmo aliique pisces: illam expetentes aquam, in fluminis contrarium nituntur.

§. 17. Præter causatam, per Macrocosmi impressionem, differentia ansam; specificè etiam distinguuntur per vim seminis cuiuslibet peculiaris; Cœciliarum ovis majoribus: piscium minoribus majoribusve, contentam.

18. Et hujus proprietate, serpentes alii coronas obtinent: lævis item asperiorisve superficiei, non tam aquatilia, volucriave; quàm etiam pecora adolefcunt undiquaque, vel in aliquâ exteriori parte.

19. Quibusdam æther superest concretus in cornua solida & medullatenus similia; vel minùs, & externâ duntaxat ad aërem contiguâ parte, solidata. Hæc non tam accepta pharmacis; quàm quidem illa, ratione salium volatilium *[conf. th. 12.]*

§. 29. Inter alia, cervorum cornubus feminalis turgens, penetransque cutis poros super utramque medullam *binos*, proditur; ibidem ab exteriori aëre, uti cortices arborum, densata: succedens volatilis, servatis poris, vel ad latus vel ad summitatem, exporrigit apices; quippe hi, annorum serie robustis, protruduntur numerosiores.

21. Id verò, quod decidant post medium hyemis Aëris causæ contribuendum; quando nimirum ille inferior plurimo mixtus *athere*, per frigus lentorem cornuum tenacem rigidulante ad fragilitatem. Ad hæc, *interior*, uti calor æstivis, extravertitur (cui quidem intra *retinendo*, sub salinâ limi mixturâ lambendum exponitur inter nives) undiquaque per cutem, vel ad ventrem retrahitur à cornuum juncturis.

22. *Æther*, nitorem lævigatum mixtis conferens, unguis, quibus
terram

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.

Second block of faint, illegible text.

Third block of faint, illegible text.

Fourth block of faint, illegible text.

Fifth block of faint, illegible text.

Sixth block of faint, illegible text.

Seventh block of faint, illegible text.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 15 horizontal lines across the page.



terram quatiunt, in ibique materiâ sui, junctus; easdem superficietenus præsentat nigriores: quemadmodum arte chymicâ solutæ, sal volatile itidem largiuntur secretû; hinc quod rasura (idem unguium quoque præsegmina) assumpta audaculis, pipere interdum & aceto correctâ, cieat vomitum. Uti is aliàs, ab istiusmodi densis genus nervosum citò affligentibus, excitatur.

§. 23. Seminis facultas in Tigride feroci variegatum facit colorem; densante fortean, cum vitali, alternante. Estq; in Leone cor densius & minus.

§. 24. Insuper etiam aër parasangis & sublimitatis gradibus differens *diversum* colorem imprimit; etiamque minus perfectis reptilibus *substantiam* alterat.

25. Cum apud nos semper fuscum obtineant lepores, in borealibus albo conspiciuntur colore: etenim hîc latibulis assurgente vapore, præsentemque in hybernum pabulum brassicâ rubrâ, trifolioque flore rubro. Corvi consimiliter colore differunt, ex profundis ibi nullis nigris proserpentibus (sed stantibus) in altum particulis, iisque ad pellucidum albumve alteratis.

26. Ciconiæ altum scindentes æthera figentissimum probabiliter & fortiter redensans ventriculo continent fermentû, quod instar Spiritus nitri, vel aquæ fortioris, solvit duriora, etiam tenacia incidit serpentum ranarumque corpora. Hoc ipsum referunt posterioribus pennis; anterioribus appulsu ætheris candidis.

27. Columbis altiorem locum adamantibus & plumosæ materiæ abundantiam referentibus pedibus; quo eundem alterent ad densum & solventem, lapillos ventriculo immittunt. Fœturâ præterea differunt à gallinis; sicut equæ, vaccæ, oves à suis; hæc quidem bina pecudum genera in quibusdam veluti opposita sunt. Illæ lanâ mollem & flexilem mansuetudinem contestatam dant: hæ, rigidis setis, ringente rictu & esurie, acrius, densius; calidiusque sui, volutata per lutum, notificant temperamentum. Figens, ceu principiorum alterum & sibi potius, diffuso per terga lardo ad satietatem, referunt.

Ovis, molli sicut vellere ita carne & viscerum *succo*, tanquam Lupi esurino intestino *acerrimum* filtranei contrarium, ejusdem *βελιμίαν* obtundit & citiùs saturat quàm aliorum animalium caro.

28. *Eruca* brassicæ pomive, viridis est & in superficie glabra: *picea* lupularis, & *tiliæ* arboris juglandis item, aliarumve; mollioribus
obtectæ

obtectæ sunt villis, albis, rubris, luteis aliisque ad jucunditatem pietatis. Nisi capita nigra durioraque proderent horrendum.

29. Circa Metamorphosin in bombycibus observatam, & quod insectorum observatoribus docetur de variis aliis papilionibus, scarabæis, aureolis, nunc moveri nunc quiescere; modò vivum modò mortuum, tunc molle, tunc durum esse. Mundi superioris imago inibi quasi repræsentata cogitari potest. An spirales cochleæ spiralem motum referat? istiusmodi quærere velle lusus ingenii est.

IX. *De viventium (vel quasi) longævitæ: & causis vitæ abbreviationis magis minusve occultis.*

Cervus longam vivit vitam; æthere figentem mortis aculeum declinante; comparatur cum hoc quercus aliquot centum annos durans; vivitque Camelus Bos, asinus, numerosam annorum seriem.

2. Ast tam ille quam hæc istiusmodi homini subdita, jugo pressa, venatu illaqueata & vulnerata præliis, succumbunt ante radicalis humidi consumptionem. Hominique, in pœnam, vel pro benigno & nobis imperscrutabili Dei beneplacito, vitæ filum abrumpitur; quando violento casu ictuve, vel morbo Natura succumbit.

3. Eidem molliter viventi, & nil contrariorum tentanti, infortunium allatum incumbit gravius: Curis verò exercitatus animus superat & vel patiendo vincit, adversa.

4. Simile est inter plantas ejusdem speciei annuas & perennes: lævis amaracus annuatim serendus; ast quæ Majorana volatile quod exspirat, idem in spicula tactui cedentia rigidulatum obtinet, perennat radice: Cardui pariter, bulbi que liliorum terrâ obtekti. At rosmarinus herbâ suâ injuriam frigoris, vel indoctæ culturæ sustinens marcescit.

5. Segetibus & frugibus inuritur sæpè perniciës, aridæ qualitate eâque inalterabili provocatâ: eâdem stygiâ inferiori nobilissimum contrarium impetente, perq; ærem homini inspiratum latâ, ejusdem defiguntur vitæ spiritus ad internecionem sæpè.

6. Si quæ Pestis fuit nociva bestiis & non homini: tenebris abyssi remotioribus debetur eatenus quatenus & inferiorem defigunt lucem: rarò tamen duntaxat illis; sed ut plurimum unâ hominibus terrore pavidis in perniciem cedunt istiusmodi tempora.

7. Et

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines.



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



7. Et hoc modo pereunt ante maturum vitæ terminum : pereunt etiam occasione accidentium in materiis quodammodo necessariarum.

8. Quot mala maneat Matres gravidas, puerperas; fœtuique à teneris incumbant: quæ item infantum morbis referantur; quæque puerorum juvenumque afflictionibus constant in perniciem: quæque alia proserpant contagio: vel ingruant ratione intemperiei, declinantis quippe naturæ obsequi. Hic non est differendi locus.

§. 9. Quin ubi divinâ gratiâ consummatam ducunt vitam; In comparatione tamen ad alia: non tantum animalia, vegetabiliave; quàm etiam metallorum, lapidum, horumque pretiosorum, genera, brevem homines habent durationem.

Adamas, ætheris summi solidati instar densus, cuspide seu acutie in poros vitri defigendus, scindit idem; Cornuti animalis si solvatur sanguine, confirmabuntur sup. cap. thess. 18. 19. 20. 21. Confer solutiones metallorum, per menstrua unicuique consimilia & ad alterum extremum alterata. Hoc in solutionis exemplo durum & molle ejusdem planè materiæ & formæ, cōtrariis seu extremis sibi oppositis (saltem formæ qualitatibus iisque secundis.) Molle per mixti proditur odorem, quo & inferiorum tenebrarum animalia fugat.

10. Gemmas istiusmodi longum durabiles, *Medici*, æstimio condignas æstimantes, quacunq; ratione studuerunt hominis cordi communicare in virtutibus: præsertim eas, quæ, non duntaxat mero æthere solidato; quàm eodem tali, lucem admixtam habente, constant.

Hinc *Turcoim, inferiorem, cristallum puriorem, Adamantem sublimiorem linquentes æthera*: Smaragdum luce & æthere inferiore; granatum utroq; medio: *Hyacinthum* æthere & luce expansiore constantem in Confectione celebrant.

11. Mollior Cinnabaris, ceu sulphur sublime: Levis & subtilior Ambra, (usnea) ceu balsamicos vitæ spiritus & filamenta nervorū referens; ad eundem finem asservatur. Illa quidem, lapidibus hisce, inferior pretio: attamen ubi, in tempore & casu adhibita, morbificum ex æthereis partibus prolicet, in Herculei aut Gallici medelam; vel duplò cariori mercaretur hominibus, pro morbo depellendo.

12. Ilex Coccigera, sui fructus motu, vitam; colore, sanguinem referens: Succus hinc Chermes granorum, operæ sanitatis pretio habetur. Carum etiam, ex Moschi & Zibethi sanguine, animæ donum;

fragrantia suâ spiritibus, ceu animæ ministris, adeò amica; eaque referente ætheris summi lucisque, harmonicam quasi concordiam.

13. Omnia adeò ad vitam conferunt continuandam circumstantia; & impedimenta, quo minùs hæc incolumis prorogetur, istiusmodi mediis declinari possunt: excepto, si Deus justo iudicio punire velit; in aërem, omnibus & omni momento inspirandum, proserpere *venenum* jubens. Dicitur tunc aura infecta esse qualitate occultâ; & etiã est: Ex occultis quippe terræ locis provenire *aliena* naturæ nostræ Analysis Geneseos commonstrat.

X. *De Materiis formalibus: præsertim de illâ, quæ est primi Elementi.*

Recitant alii formas materiales: Nos materias nuncupamus formales; per quas conamur Naturas Variorum Subjectorum, eorumq; affectiones & causandi modos, spectandos & experiundos demonstrare.

2. Alii id per formas qualitatesve, calorem frigus; humidum, siccum: mollitiem duritiem &c. effectui dant: Nos & has *ipsas*, harumque qualitatium mutationes, materiis deberi opinamur.

3. Verbi gratia, sit & quærat: cur movetur Sol? Respondent quia est Sol, vel doctiùs, per formam solis. Contrarium opinantibus, cur stat sol? ita fortean respondebitur: quia motum universo largitur, & effluvia de se & per omnia trajicit, motu sui, nō progressivo; sed, circà proprium centrum tali.

4. Alia quæstio. Cur *frigus* in terram penetret: calor verò seu ignis ad circumferentiam feratur? Respondent, quia hic est levis, & levitas est pars formæ. Si porrò quærat, cur levis? quia aëream naturam participat: Cur ergo *illud* tendit deorsum terramque ingreditur? subtiliores forsan dicent per vim aëris; quippe mixti, quæ premit deorsum. Ergone & aër gravis? utique: Quin imò juxta Recentiores, nihil absolutè leve est.

5. Si dicunt illi, quod aër, hâc suâ vi, deferat & sustineat terram ita, prout supposuerunt, latam: existimarem, eandem æquè apud nos premi æstate quàm hyeme. Cur ergo æstate non est *frigus*? cum sit æquè pressio aëris. Si ajant Solis calorem abigere *idem*: Ergone, ubi calor major, ibi minor vis pressiva, minor resistantia; quidni ex adversâ parte pressa fortiùs, eadem in solis usque premitur vorticem? Effugia ipsis non deerunt: Solis, ceu stellæ fixæ, qualitatem & motûs dispersi excellentiam debilitare Pressivum aëris, hocque etiã averso terræ hemisphæ-

128

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



misphærio nõ obtinere potentiam suam, nisi in debitâ à Sole distantia.

6. Phænomena & experimenta, sunt nobis cum iis communia: quilibet suo modo rationem insuper applicat, circumstantias & mutationes connectit, vim motûs pressionisve derivat.

Quod illi adscribunt materiæ subtilissimæ mundi, ac si nimirum angustiam itineris celeritate compenset, & poris angustioribus, majori vi ruat, obstacula removeat &c. Majus fortassis est quod conatum materiæ adesse infert; quàm ubi statuamus materiam primi elementi idem hoc *suum* repetere, (ubi inde transumpta fuerit agente alieno) & ad suum sibi primò ordinatum *locum* retendere vicissim. Vicibus contrariis globulos lucis inde sursum ferri ad sui similia. Ut ad eò hisce assertionibus non possimus videri quasi animas singulis naturalibus adderemus; æque minùs, ac nec illi videri volunt.

7. Terra cum sit primum elementum: & *tenebrarum* appellatio ubique in ratiociniis differendis non sit congrua, *venient igitur hæc*, quibus tanquã *formæ* suæ, terra debet id, quod juxta nos imòta stat, *nomine materia PRIMI ELEMENTI*; privationis qualitatisve obscuritate omni discussâ.

8. Per additum *formalis* unâ denotantes Statum & terminum ad vel in quo lata vel constituta, sui & non alienum habet motum, vel, per motum recipit quietis locum: Uti quidem frigus ceu alteram qualitatem activam, eidem acceptum ferimus; prout ex alieno Statu ad proprium retendit: principiandi ad eò distinctis conceptis modis, juxta quidem sequentia & Axiomata & Similia.

9. Positâ hæc *materia*, etiam in Statu densi, non statim ponitur *quies*; Sed eadem ad locum proprium *positâ* ponitur, Adque eundem variis lationis gradibus & modis: sive in humido; sive in sicco, medio seu vehiculo, intenditur: mediante quidem *motu*; ex disunito ad unum: ex raro ad densum, & quandoque ex alterato (interveniente redalteratione) *ad minus* densiusve *sui*, *depressivum*.

Remotior est à denso & unito continuo; Quò remotiores sunt ab invicem Hujus materiæ particule. Eadem verò alteræ & majores factæ, per se minorationem non intentant; sed quandoque ex alieni congressu facto ex accidenti, quasi, ad tendentiam versus Macrocosmi Centrum, sollicitatur. *Simile rem illustrabit.*

10. Dentur arenulæ circa unum *centrum* undique congregatæ (2) propiores medio intimo, firmiùs *illi*, & mutuò adhaerentes (3) re-


motiores juxtâ lineam perpendicularem sibi contiguâ & inferiores quæque, magis continuæ invicem. Cogitentur (4) superiores sibi relictæ, ductâ situatione, contiguari; *quodque*, ubi, aliter præpollente contrario, discontinuatæ & dispersæ fuerint, (6) vicissim, debilitatâ vel aversâ contrarii vi & potentiâ, *eadem* tunc particulæ ad centrum pertinentes, mutuò sese jungant, coeundo: (7) dispersæque in latius rariusve, per medium ad invicem congregando, penetrando obstacula removeant; idque, (8) *juxta* proprietates loci, vel *distantia* à centro *gradus*, fortiùs vel minùs fortiter: (9) æqualiter verò circumquaque juxtâ, orbium ad imum, vicinitatem; ita ut (10) quæ *raritatis* conditiones spacio, septem, *verbi gratiâ*, perticis, à centro distanti, competunt: eadem in alio tribus tantùm perticis abindè diffito non inveniunt locum. * Quinimò, vi quandoque & artificio, *loco* indebito & sibi *non-competente* præsentis, tantâ circumstantium particularum *pressionis* abigendæ veniant & impetendæ (levitas tenuitasve) Aëris illo spacio, prò densiore, ordinato.

12. Itâ fieri concipiatur in & à materiâ primi Elementi ceu particulis tenebrarum in profundo terræ. Continuæ ubi sint earum lineæ in quascunque etiam dimensiones immotæ; eadem autem in mari existentes mobiles, sed obstinatè tales: Interstitiis verò indè inter radios solares in aërem prostantibus flexibilibus de die, noctu minùs; cedentibus tamen, noctisque sub formâ propulsis. Rigidioribus, hîc utrinque à sole remotissimè, in polos exstantibus, adque eos collectis aliis per æstatem, iisque hyeme reciduis (revertentibus) vario rigore, copiâ & penetrantiâ differente, prout nimirum vel venti; vel Lunæ phases, vel inferorum retrocessus, ad id conducunt, nunc asperiùs, nunc minùs itâ, corpora nostra afficientibus, aquasque hinc inde minores quietantibus superficietenus in glaciem.

I. Altera Lucis, & motum principians, materia sub *expanso* sui vel ad *idem*, formam suam obtinet. Sitque *ejus* nunc imago in arenulâ per microscopium, hyacinthi ferè seminis magnitudine & pelluciditate, visâ. Juxta quod apparens, verum concipere poterimus, aliundè quidem ipsâ rei veritate patente.

II. Tale præsertim *medians* requirebatur, inter animam & corpus ceu Spiritum & Materiam, relatum quidem acceptum ipsi Luci, veluti in statu expansi, activæ; secus ac æther qui propriam activitatem, hâc sub formâ, ferè amisit, seu, actu secundo eandem deposuit: quomodo reassumat, hinc inde inculcatum,

III. Illud



III. *Illud* verò apud nos in particulis mobilissimis, & ob id, itemque reflectionis limites, globularibus, extensisque, & nunquam non motis. Iisdemque majoribus nunc, nunc iterum minoribus & contrarii compositione vel mixtione, denique minimis; vicissim, alterationis & lationis motu, in majora corpuscula, ampliabilibus.

IV. *Extensio* de hisce iisdem non competit nec prædicatur eadem perpetuò, fiuntque parvi seu minores, absque sui divisione *in se* nimirum compressi lucis globuli, vel, *concentrati*: Axiomata igitur, quæ de materiâ vulgò feruntur, seu leges, Mensuræ & regulæ Mathematicæ, non quadrant ad hæcce materias equidem formales; minimis iisdem nulla competit extensio. Adeoque *ratio* materiæ *formalis* in æstimativitate potius ponenda, si velimus de hisce subsumere: Vel. dicendum, omne corpus esse quantum; exceptis atomis: vel denique, omnia corpora hodièque examinari posse, secundum Veterum datas & agnitas Corporum conditiones, præceptave mathematica; exceptis materiis (non quidem corporibus) formalibus.

V. Quas proin, puta, *lucem & tenebras*, ipsimet veteres non ausi fuerunt, rotundo ore, materias fateri: sed, nunc qualitates, nunc colorum principia; nunc privationem, nunc motum in materiâ, appellarunt. Et effectus abinde pendentés vel causatos, à qualitatibus fieri dixerunt, terminis quidem suis, ipsas materiantes formas, & has, materiæ doctrinæ, adcitantes: at verò sic materias earumque proprietates tactui & sensibus obvias, occultârunt sub non-cognito nomine formæ. Ità videlicet ipsi veteres, vel eorum Commentatores.

VI. Nos verò contrario docendi modo hîc procedimus: non materias formalifando; sed formas aliis dictas, materialifando: Vel, omne, quicquid in naturâ movetur, agitur, efficitur, materiis attribuendo. Hæcque per Analyfin (quando quidem per sensuum Experimenta & insuper factas ratiocinationes solidè satis & pro fundamento sufficienter, non poterat) distinctè *primò* & ante ratiociniorum, sensuum & Experimentorum Juvamen, *cognitas* Nomine MATERIARUM FORMALIUM venire volumus in Physicæ Medicinæ Concorde *Conscientiâ* Doctrinam.

PHÆNOMENA.

Secundùm exposita Principia perpendenda:

1. *de Igne & Calore.*

Ille duntaxat mixtorum, & (2) Hic absque contrariorum præsentia nullus est. (3. Ignis

(3) Ignis, pro variis subiectis quibus pabulatur, intensiois gradibus differt, (4) ferro fortissima vis adest, carbonibus fossilibus contributa (5) iisdem ligneis remissior (6) lardi flammæ (7) nucum oleive aliis, quæque minùs urens (8) spiritui vini dephlegmatissimo, omnium blandior & albidior *flamma*.

(9) Rubra magis, densior putatur; ex (10) flavo albescens rarior & expansior ceu *æthereis* magis *mixta* partibus (11) quæ afflatæ follibus fabrorum (12) lignove adsunt constituentes. (13) Quibus absumptis restant fibræ terreæ (14) sulphure inferiori constantes (15) & prout hoc magis vel minùs metallicum (16) in quercu & alno differens; ita (17) etiam *carbones* hi vel illi diutiùs manent igniti antequàm consumantur, alii (18) faciliùs recipiunt ignem, quales (19) fragrantis *tilia* sunt, quique proin cum nitro & sulphure (20) pulverem constituunt pyrium.

(21) Tartaro certâ proportione admixto & (22) poros exactiùs opplente [quippe (23) sublimiori æthereo, unde & (24) ob affinitatem argento depurando adhibetur] (25) ignitis inferiori inflam-
mabilibus & (26) amplius spacium exigentibus (27) ruptura procreatur (28) ad modum auri fulminantis.

(29) Ferrum ignitum, illicò (30) refrigeratum, seu, aquâ (31) extinctum, fragile, purius scilicet, Chalybis nomine (32) igneum in se conclusum ceu exhalare non permissum (33) attritu prodit, eliciturque hoc in exterioribus (34) stantibus, motu duri densatis (35) globulis, contiguisque (36) defixis ad simile prolectis (37) derasisq; ferri adhæret ramentis (38) igniantibus fomentum (39) quippe constans ex combustis linteaminibus suffocatisque (40) confectum, vel, tædæ carbonibus.

(41) In vitri materiâ (42) unde per alcalisationes, omne terreum opacum est correctum (43) flatu in formam consistentem redactâ inque (44) locum mediocriter calidum repositâ (45) exhalant *atomi* (46) igneæ, porosque (47) relinquunt, globulis Lucis minoribus, adaptatos: at verò, ubi, vel (48) frigido citiùs solidetur (49) porique obstruantur, quàm flexilis laminæ (50) ignis exhalaverit, *eadem* (51) adhuc per intima, in motu constitutæ (52) rumpunt vitrum. Hoc & rimas ducit: si quæ calidum (53) nimis subito admoveatur, vel humidum, vel, (54) siccum; item antè in arenâ (55) motum quàm refrigeratum.

Vel

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or introductory paragraph.

De Musica

First main paragraph of text, starting with a faint initial letter.

Second main paragraph of text, continuing the discussion.

Third main paragraph of text, containing a list of items.

Fourth main paragraph of text, concluding the page's content.

0



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and includes some numbers in parentheses, such as (1), (2), (3), (4), (5), (6), (7), (8), (9), (10), (11), (12), (13), (14), (15), (16), (17), (18), (19), (20), (21), (22), (23), (24), (25), (26), (27), (28), (29), (30), (31), (32), (33), (34), (35), (36), (37), (38), (39), (40), (41), (42), (43), (44), (45), (46), (47), (48), (49), (50), (51), (52), (53), (54), (55), (56), (57), (58), (59), (60), (61), (62), (63), (64), (65), (66), (67), (68), (69), (70), (71), (72), (73), (74), (75), (76), (77), (78), (79), (80), (81), (82), (83), (84), (85), (86), (87), (88), (89), (90), (91), (92), (93), (94), (95), (96), (97), (98), (99), (100).



Vel (56) quomodo de massâ ignitâ Portiuncula, guttæ instar, delabatur in (57) aquam, subitaneo tunc (58) contrarii ambitu prohibentur à motu, ceu consopitæ: etenim (59) eadem, non mixtæ; sed per (60) spherulæ caudatæ substantiam confertæ suppressæ, (61) fractione quidem in parte extimâ, rigidulæ appendicis, factâ, (62) excitantur eontiguæ & momento citiùs, omnes in retortulæ solidæ corpore (63) contentæ ad expansum sui & (64) extrorsum per angustius colli, quâ dabatur via (65) tendentes & simul exire (66) prohibitæ, consistens (67) vitreum, ictu oculi disjiciunt in pulverem.

II. De Meteôris.

Radii calorem non semper eundem; eâdem licet situatione & perpendiculari proportione, obtinent.

(2) Signum est notum, si quâ pungat *Sol*, (uti loquuntur,) futuram pluviam. (3) Cogitando juxta data Principia, in animum facile revocatur (4) deberi urentem radiorum qualitatem (5) admixto interstitiali contrario ceu copiosiore. (6) Quod ipsum motu *illorum* in sublime sumitur: (7) itemque protruditur, non tam prolecto quàm exsurgente è terrâ, alio. (8) Hujus proventus ratio vel astris vel terræ profundo, adjudicanda erit.

(9) Terrenum hoc, tanquam gravitationis seu *pressionis potentias* præ se ferens, (10) sicubi sublimatum fuerit in copiâ, (11) & in Mediâ *aëris* regione congregatum (11) interque contraria superiora confertim & scorsim latum, (12) cogit sibi aërem [si non unâ ascenderit sufficiens pro pluviâ, materia veluti vapor] in aquam & (13) decidit æstate guttatim.

(14) Sulphure nitroso unâ transumpto soluto, & consimiliter inter meteôra magis magisque compacto, vique materiæ densantis (15) ignito, comprehenso mobili, idem hoc (16) calore, ad spacium majus, & motum, recuperandum, concitum, (17) rumpit vincula, (18) flammam disjiciens & sonitum (19) ruptione & (20) allisu, nubium obviam constitutarum, (21) perpetuando, tonitru efficit.

(22) In Tonitru fulmen & (27) fulgur. (28) Fulgurationes quoque absque tonitru videntur (29) in aëre ad iectum oculi in (30) densius, &, (31) contrariæ noctis oppositione (32) *ignitius*, alteratis lucis (33) *globulis* etiam hâc sibi (34) impressâ formâ per medium *translucentibus*: [35] momentoque vicissim, ibi in expansum [36] coloris expers, sese recipientibus.

lisdemve

[37] *Isidemve* sublimioribus; [38] *Materia* econtrà & magis [39] stygiâ comprehensis [40] tantâ in copia, quanta ab hâc versari possunt & compesci [41] absque resistentiâ; *hujus* nixu [42] penetrantissimè per obstantia solidiora trajiciuntur corpora, quorum & compages [43] inflammabilis, concitis [45] per & ad [46] motum [47] particulis, incendio, vel [48] calcinatione ἀφλόγω, solvitur.

[49] Jaculi fulminifici angulos quod attinet, [50] si super nubes latio ejus in orbem acta fuit [51] Mercurii forsan perigæo itâ occasionante: [52] infrâ regionem mediam [53] laterum obstantiâ & rigiditate majore; [54] itemque congregato circum (55) ex aère & nubibus (56) deprimente (57) reprimitur angulis obtusis (58) æque forti servato, deorsum-tendentia, impetu.

III. De Mineralibus.

Fluxum Massæ vitreæ in multis adæquat Metallica, fusa quidem; at tamen & cusa, ignita manet diutiùs: exempli gratiâ Ferrum *ob* lucem profundioris indolis non-expansam quam veluti, suū Sulphur cōtinet: id quod, (ceu lucis & materiæ *densius*, per plures medias mutationes *alterabile*) sensim scilicet uti naturâ itâ & arte & admixtione elevandū & sublimiori jungendum in compagem.

Cuprum, memoratæ originis Sulphur, itidem minùs exaltatum, nec proin fusione ad nitorem cœlestium facilè reducendum; præterquam quod, admixtione sublimioris *albi*, *stygio licet* (uti *cœruleū in Cobalto*) detenti, fundatur in colore tenùs aureum. Aurum, cum isto, ceu minus maturo, comparatum & ad superiorum analogiam applicatum, *atherem* (quem quidem ore veterum Chymicorum hîc Mercurium dicere nil vetat) sublimiorem & molliorem, in mixtione quidem resolidatum & compactum: *quem* aliàs, inferiorem, rigidiorem sive salinæ facultatis, continebat æs vitriolicum. Argentum *eundem* altioris proprietatis; sed, sulphuris loco *terram* albam, unâ in hanc metalli speciem concretam habet. *Hancque*, sed minùs altam, pariterque Mercurium inferioris classis, ceu principales sui partes, obtinet minera Stanni: quemadmodum & Plumbum utramq; continet, ast minùs defæcatas.

Antimonium, præter Sulphur itemque paucum Mercurium, multam habet *Terram* (nigro quidem obscuratam; sed detonatione factâ) albam, insipidam & gratam corpori obstructionibus afflicto: quibus sui Virtutibus, ceu, ad humorum & spirituum motum restituendum, conferentibus; *expansum* sibi esse affine & conforme, Res ipsa loquitur. Unde Verborum.

F I N I S.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



F62489

8

UDM

M.C.



